

171

4

U. g. 171, 5



Q. D. B. V.

DE

DIFFERENTIIS
IVRIS CIVILIS ET
CANONICI

DISSERTATIO

Habita olim in ACADEMIA JULIA,

Nunc in usum Studiosæ LL. Juventutis

denuo edita

CURA

HENRICI HAHNII IC^{TI}
ET PRIMARI IN ILLUSTRIS JU-
LIA ANTECESSORIS.



HELMESTADII,

Typis & Sumptibus JOHANNIS HEITMÜLLERI

Anno clc lsc LXI,



Habuit hanc Disputationem Præsiede Dn. D.
JOACHIMO WECCIO, Chri-
stophorus Wegnerus anno 1635.

337





DISSERTATIONIS
DE
DIFFERENTIIS JURIS CIVI-
LIS ET CANONICI,
THESIS I.

UTriusque juris Civilis^a & Canonici^b dif-
ferentias^c juxta methodum in Digestis
observatam^d tractabimus, ubi compila-
tores^e universum jus in partem communem
& propriam dispescunt. *f*In communi propo-
nuntur communia juris, ut sunt illa, quæ ad
justitiæ^g & juris in genere^h enodationem per-
tinent.

^a Romani, quod *ναρ' εὐροπῆς* Civile dicitur ob urbis
Romæ excellentiam §. 2. *Inst. de l. N. G. & C.* vocaturque a-
liàs Justinianicum, itemque Imperatorium ab autore Imp.
Justiniano *nov. Leon. 1.* Hujus juris Dd. appellantur Legistæ,
suntque in eo perdiscendo studiosi permulti, qui nihil se
consecuturos putant, nisi insenuerint, totosque 7. annos
& interdum plures consumpserint, *Lancell. de compar. iur.*
utr.

^b dicti vel per *ἁγιονομασίαν* & à potiore sui parte, à ca-
nonibus scilicet seu regulis Ecclesiasticis *c. 2. dist. 3.* unde
& regulare appellatur, deductum est enim ex patrum regu-
lis,

lis, ad rectam vivendi normam institutis, de quibus loquitur *nov. 83.* quod leges non dedignentur sequi sacros canones: vel à toto, quia Pontifices suas constitutiones omnes canonibus exæquarunt, quomodo *d. nov. 83.* Honorius II. *inc. 1. de iuram. calumn.* & Innocentius III. *inc. fin. de secund. nupt.* explicant. Nuncupatur aliàs Pontificium ab autoribus Pontificibus. Hujus juris Dd. dicuntur Canonistæ suntque in eo perdiscendo studiosi rari & illi qui sunt, brevissimi temporis spatio eidem incumbunt tanquam canes de Nilo bibentes. Lancel. *d. loc.* ubi in fine addit, quod aliquis quidem possit esse Legista, quamvis non sit Canonista, sed nullus possit esse Canonista, nisi simul quoque sit Legista.

c. Scitu ICTis necessarias præsertim in rebus spirituales & ejusmodi causis, quæ periculum animæ concernunt; In his enim quoties pugnant leges cum canonibus, hi potius in judicijs tam civilibus quam Ecclesiasticis sequendi erunt, jus namque Canonicum animæ salutem respicit: aliud autem dicendum erit, quando discrepantia inter utrumque jus occurrit in ijs causis, quæ non vergunt in dispendium salutis æternæ nec animam concernunt, quia tunc jus civile in terris imperij, jus Canonicum in terris Ecclesiæ observabitur, iudexque secularis sequetur suum jus, & ecclesiasticus quoque suum. Et hoc quidem attendetur si manifesta sit juris dissonantia. Quoties autem alterutro jure quid expressum est, de quo controvertitur in altero, toties ea definitio expressa in utroque foro valet, quia alterum jus per alterum suppletur *c. 1. & 2. de oper. nov. nunc. Wesemb. cons. 1 n. 20. Myal. cent. 1. obs. 41.* Cæterum axioma observandum est, quod ab omnibus Canonistis & Feudistis celebrari ait Rittershus. 2. *feud. g. q. 29.* semper jus commune observandum esse, nisi jure Can. & Feudali reperiantur singularia quædam introducta *c. 1. vers. strenuus.*

2. F. 1.

2. 7. 1. ideoque in dubio non facile jura ut pugnantia inter se sunt committenda.

Ad à nobis in ipsis thesibus proponendam subnexis differentiis in exegeſi. Compoſitæ autem ſunt pandectæ juxta formam edicti perpetui, quod Julianus fecit & in ejus compilatione ordinem proceſſus judiciarii obſervavit, dividunturque in 7. partes, quarum ſingulæ ſuos libros, libri ritulos, tituli leges &c. habent. Juris Can. partes ſunt quatuor. Prima dicitur decretum, habetque alias tres partes. Prima conſtat 101. diſtinctionibus, quæ omnes pertinent ad clericos & aliqualem habent methodum. Secunda continet caſus 36. inter quas trigefima tertia ſeptem completitur diſtinctiones de poenitentia, in quibus nullus obſervatur ordo, ſunt enim miſcellaneæ quaſtiones & reſponſiones ad eaſdem. Tertia pars agit de conſecratione, cuius quinque ſunt diſtinctiones, ſuâ conſtantes methodo. Secunda pars juris Canonici completitur decretalium libros ſeptem, inter quos duo poſteriores, ſinguli, alios libros quinque habent. Tertiam partem conſtituunt Clementinarum libri quinque. Quartam extravagantes. Methodum in his tribus poſterioribus partibus obſervatam obſtendit verſiculus Hoſtiens.

Index, iudicium, clericus, ſponſalia, crimen.

e Tribonianus, Dorotheus, Theophilus, qui univerſum ius, quod in D. continetur auctoritate & mandato Juſtiniani Imp. ex veterum Iſtorum & Imp. ſcriptis collegerunt, utiliaque & neceſſaria excerpterunt amputatis fabulis antiquis. §. 3. *præm. Inſtit.* Hoc ius poſtquam in deſuetudinē abiſſet, tempore Lotharii Saxonis Imp. priori ſplendori reſtitutum eſt, habuitque interpretes excellentes, Irenæum, Azonem, Bartolum, Baldum, aliosque quamplurimos, ſed qui plerumque intra fortunam privatam conſi-

terunt. Juris Can. plures sunt compilatores, quam partes. Decretum collegit monachus quidam Bononiensis, nomine Gratianus ex patrum scriptis, consiliorum decretis, Pontificum rescriptis & Imp. constitutionibus, seculo post Christum natum duodecimo. Decretalium quinque librorum priorum compilator fuit Raymundus capellanus & poenitentiarius Gregorii 9. qui constitutiones Pontificum in diversa sparsas volumina, in unum corpus rededit, idem tamen ante eum præstiterunt Bernhardus præpositus, Gilbertus & alii. Sextum decretalium librum iussu Bonifacii 8. concinnarunt Guilielmus Archiepiscopus Ebreduensis, Berengarius Episcopus Biterensis & Magister Ricardus de Senis, Rom. Ecclesie Vice cancellarius. Septimus liber decretalium nuperrimè accessit, quem compilavit Petrus Matthæi, Ictus Lugdunensis, eumque inseripit Cardinali Caietano, sed autoritate Pontificis adhuc dum destituitur. Clementinas suas ipse Clemens 5. collegit, sed morte præventus eas non divulgavit, quod tamen fecit successor eius Joannes 22. qui eas sua autoritate donavit, simulque edidit constitutiones suas & aliorum Pontificum. Illæ dicuntur extravagantes Johannis 22. Hæ extravagantes communes, propterea, quod vagantes essent constitutiones, & non continerentur in sex libris decretalium, quia demum post compilationem sexti libri Decretalium evulgatæ fuerunt. Gregor. Tholos. *part. iur. Can. lib. 1. tit. 1. n. 22.* Habet hoc ius quoque excellentes interpretes, sed qui intra privatam fortunam non constiterunt, promoti enim sunt ad summos honores, sicut id officiorum nomina, quibus insigniri consueverunt, præ se ferunt, ut, Hostiensis Cardinalis, Abbas, Archidiaconus, Præpositus &c.

f Eandem generalem methodum observarunt quoque



que juris Can. interpretes, præterquam quod hi paulò alti-
us incipiant. Dividunt enim jus in divinum & humanum;
ab illo incipiunt, quia à divinis ut dignioribus meritò in-
cipiendum, ut ait Alciat. *in tit. C. de summ. trinit. & funda-*
mentum prius ponendum, antequam ædificium erigatur.
Hostiens. *ad tit. ex de constit.* quanquam Justin. in C. hoc
non neglexerit, nam ut ipse dicit *in nov. 6. pr.* benè uni-
versa gerantur & competenter, si principium fiat decens
& amabile Deo. Addendum hîc, stylum in jure Civili esse
elegantiozem, quam in jure Can. desumptæ enim sunt ple-
raque decretales ex glossis juris Civilis, quarum locutio
nota est, Cujac. *ad c. consultationem is. de sent. & rejudic.* Sed
Lancell. *in compar. iur. utr.* ait, se non horrescere linguam
barbaram, modo mens non sit barbara, ubi simul vehe-
menter invehitur in jus Civile ejusque Dd.

§ Universalis, quæ est finis juris Civilis, quia jus Ci-
vile intendit hominem servare, quatenus est animal poli-
ticum, dirigitque ejus actiones ad beatè vivendum in rep.
Juris autem Canonici finis est, non solum justè sed & piè
vivere, quia civium actiones ad finem æternæ beatitudinis
dirigit & conservare studet hominem, quatenus est Chri-
stianus, & sic amplectitur finem juris Civilis, sed ita, ut in-
terim salutis æternæ dispendium non patiatur adferri *c. cum*
contingat. 28. de iureiur. c. fin. de præscript. Lancellot. *de*
compar. utr. iur. leges namque non tantum curant de peri-
culo animæ, quantum canones. *c. saepe de restit. spoliat.* Ho-
stiens. *ad tit. de postul. in fin. ferè.* Ex hac finium collatione
nova oritur differentia, cum enim juris civilis finis merè
sit practicus, ipsum jus Civile quoque tale erit, & simpli-
citer subjicietur Ethicæ. Jus autem Canonicum non est
merè practicum sed etiam speculativum, quia multa à The-
ologis mutuatur, subjicieturque Metaphysicæ, eritque di-
scipli-

disciplina mixta. Nam ut ait Lancell. *d. loc.* Canonista quasi alter Moses nunc ascendit in montem cum Theologo, & ibi Domini & viventis Dei gloriam contempletur, nunc cum Jurista descendit in castra humana, tractans necessitatibus populi provideret. *arg. c. nisi 10. circ. fin. de renunc.* Unde Hostiens. *in proem. summ. n. 12. in fin.* comparat Canonistam mulo, qui partem capiat ab equo, id est Theologo, partem ab asino, id est Legista.

Origo.

h Ubi considerentur origo, objectum & divisio juris. Origo juris Civilis est ex principiis naturalibus gentium & civilibus. *§. fin. Inst. de inst. & iur.* Juris Can. origo in temporalibus est eadem, quia sacrorum statuta canonum principum constitutionibus adjuvantur *c. 1. de nov. oper. nunc.* sæpeque Ecclesia ijs utitur contra hæreticos, tyrannos, atq; contra pravos quosque defenditur *c. 1. dist. 10.* In spiritualibus autem originem suam ducit ex autoritatibus veteris & novitamenti *c. qualiter 24. de accus. conciliis tam universalibus, quam provincialibus, sententiis patrum c. canones. dist. 15. & decretis Pontificum, quæ sic accipienda sunt, tanquam ipsius divi Petri voce firmata essent c. 2. dist.*

Objectū.

19. Objectum juris Civilis sunt negotia humana, eaque ut plurimum privata. Juris autem Can. objectum sunt res tam divinæ, agitur enim de sacramentis & de omnibus quæ ad finem vitæ æternæ tendunt. Lancell. *de compar. iur. utr. vers. materia,* quam humanæ, eæque publicæ & privatæ, Et de privatis quidem constat. De publicis autem hæc inter alia præcipua sunt, quod Imp. præstet fidelitatis iuramentum Papa, à quo coronam, ab altari verò gladium recipiat. *clém. un. de iurciur.* est enim Romanus Pontifex à domino constitutus super gentes & regna *c. super. extravag. comm. de consuet.* & imperium Rom. ab Apostolica sede in personam magnifici Caroli à Græcis est translatum in Germanos

c. venet.

c. venerabilem. 24. de elect. quod Imp. pendeat ex Papa iudicio, non autem Papa ex Imp. & propterea Papa potest Imp. & reges deponere itemque excommunicare c. duo sunt. 10. dist. 96. quemadmodum Papa Zacharias regem Francorum deposuit in cuius locum substituit Pipinum Caroli Magni patrem c. alius 15. q. 6. quod Papa vacante imperio Imperatori succedat clem. pastoralis. in fin. de sent. & re iudic. quod solus Papa possit convocare concilium c. 1. & 3. dist. 17. hocq; ei specialiter sit indultum c. ideoz q. 6. quod jus habeat de omnibus tam publicis quam privatis iudicandi, nec cuiquam liceat iudicare de eius iudicio c. cuncta 9. q. 3. neque ullus redarguere praesumat, etiamsi innumerabiles populos catervatim secum duceret in gehennam c. se papa dist. 42. ob hanc potestatem appellatur Deus, qui ab hominibus iudicari nequit in c. satis evidenter. dist. 96. c. sacerdotibus. 11. q. 1. cuius sponsa est Ecclesia c. quondam. de immun. Eccles. unde comparatio inter episcopalem & regiam potestatem longè inferior est, quam plumbi ad metallum auri. c. 10. dist. 96. gl. in c. 1. verb. caelestis. dist. 22. & septies millies, sexcenties, quadragies quater, in superq; maior est sacerdotalis dignitas regali, quia toties continetur magnitudo lunæ in magnitudine solis. Hostiens. ad tit. qui fil. sint legit. ibi qualiter & à quo. Papa autem gerit vicem solis, reges lunæ c. solita. 6. de maior. & obed. Divisio juris Civilis est in publicum & privatum l. 1. §. 2. de I. & I. Illud in sacris, in sacerdotibus & magistratibus consistit. Hoc collectum est ex præceptis naturalibus, gentium & civilibus. Præcepta juris Civilis pertinent ad jus scriptum & non scriptum l. 6. §. 1. de I. & I. Scripti juris species sunt sex §. 3. Inst. de I. N. G. & C. Jus non scriptum appellatur consuetudo §. 9. Inst. eod. In iure scripto semper nova sanctio & nova consuetudo corrigit priorem & antiquiorem l. 32. §. 6. C. de appell.

B

pell.

Divisio.

pell. nov. Leon. 30. quã tam laici quam clerici obligantur l. 1.
de ll. auth. clericus C. de Episc. & cleric. quod tamen quoad
clericos per novam constitutionem Friderici Imp. in auth.
seq. correctum est. Jure Can. jus dividitur in divinum &
humanum c. 1. dist. 1. Humanum in naturale, gentium, ci-
vile, militare, publicum, Romanum d. dist. 1. per tot. Sed
publici alia est acceptio in c. duas 9. q. 2. nam ibi publica lex
dicitur, quã à sanctis patribus, scriptis est confirmata, ut
est lex canonum: privata appellatur, quã instinctu Sancti
spiritus in corde describitur, & propterea dignior est quam
publica. Quoties autem canones sibi contradicunt, toties
non novis, sed antiquioribus standum est c. hoc ipsum. 33. q.
2. sed illud glossa in c. domino sancto. dist. 50. restringit ad
constitutiones particulares & locales, nam quando sunt
generales, semper posterior præjudicat c. 1. de cognat. spirit.
Legibus autem juris Civilis clerici non obligantur. c. con-
tinua. 11. q. 1.

II.

In propriã proponuntur media, *a* quã in
duobus consistunt: in juris cognitione & ejus
obtinendi ratione. Prius consistit in personis
b & rebus. *c* Posterius in actionibus seu judi-
ciis.

a ad finem jurisprudentiã, scilicet justitiam ducen-
tia; & sic jus personarum, rerum & actionum non erit ob-
jectum juris, quia eadem res sui ipsius obiectum esse ne-
quit, quod contra recentiores laterpp, qui secuti notas Cri-
spini in §. fin. Inst. de I. N. G. & C. tria faciunt iuris obiecta,
me docuit Dn. Præcept. Heint. Schmerheim in prælect. &
dispur. ad VVes.

b Sui

b. Sui & alieni iuris, hisque vel liberis vel servis, f. tit. Prima
de stat. hom. & duob. seqq. Servi fiunt captivitate & vendi- *persona-*
tione sui ipsius, nascuntur iure Civili tantum ex ancillis *rum di-*
Inst. de ingen. Jure Can. libertas & servitus alia est spiritua- *visio in*
lis, alia corporalis. Spiritualis libertas illa dicitur, ubi spi- *liberos*
ritus Dei est. *c. 2. in fin. 19. q. 2.* Corporalis libertatis eadem *& servos*
est definitio, quæ de iure Civili. Servitus Spiritualis ite-
rum est duplex, bona & mala. Mala dicitur esse peccati, à
qua servitute nos liberavit redemptor. *c. 68. cum redemptor.*
12. q. 2. Bona, quam reges & principes Deo serviunt bene
regendo subditos *c. 42. si ecclesia, in fin. 23. q. 4.* In corporali
servitute sunt servi facti & nati non tantum ex ancillis, ve-
rum etiam ex ingenua, quæ rem habuit cum ministro ec-
clesiæ *c. cum multa. 15. q. 8.* Durat hæc servitus tam diu do-
nec servi manumittantur, post manumissionem dicuntur
manumittentis liberti, & quæcunque acquirunt, sibi ac-
quirunt de iure Civili, liberamque de iis habent disponen-
di facultatem *§. 3. Inst. de libert.* Jure Can. liberti Ecclesiæ,
quæ acquirunt, non sibi, sed Ecclesiæ manumittenti acqui-
runt. *c. de famulis. 3. de serv. non ordin.* & proinde de iis, non
habent liberam disponendi facultatem. Quanquam au-
tem servi manumissi sint, tamen ob ingratitude in ser-
vitutem possunt revocari *tot. tit. C. de libert. & eor. liber.*
Jure Civili ingrati non sunt, si arte sua contra voluntatem
patroni utantur *l. fin. de obseq. par. & patr.* Jure Can, liberti
Ecclesiæ id facientes ingrati sunt. *c. eo libentius. 6. de serv.*
non ordin. Servis comparantur monachi, qui monasteri-
um ingressi de iure Civili nihil retinere possunt. *auth. in-*
gressi. C. de SS. Eccles. Jure Can, aliquid retinere possunt &
id concedere loco præbendæ *c. tua nos. 34. de simon.* Jure Ci-
vili monachi eligentes abbatem, debent iurare se scire i-
psum esse fidei rectum, vitâ castum, gubernatione dignum

Natura-
les.

Legiti-
mari.

Adopti-
vi.

&c. nov. 123. c. 34. quod iure Can. non observatur c. quod
propter. 42. de elect. Liberi homines alieno iuri subiecti
sunt filii fam. Filiorum alii sunt naturales, alii legitimi. Na-
turales ut & spurii, item alias illegitimè nati iure Civili ab
officiis & honoribus publicis non excluduntur, quia deli-
ctum patris filio nocere non debet. l. 2. §. nullum 7. l. spurij.
6. l. generaliter. 3. §. spurios. 2. de decur. l. 22. C. de pœn. Iure
Can. excluduntur c. infamibus. 87. de R. l. quia eiusmodi sunt
infames infamia facti glos. d. c. Possunt autem naturales le-
gitimari, sed ad legitimacionem requiritur ipsorum con-
sensus de iure Civili nov. 89. c. 11. de iure Can. non requiri-
tur. Dn. Præcept. Bachov. ad Treut. vol. 1. disp. 2. th. 6. lit. C.
Modi legitimacionis tres sunt: subsequens matrimonium,
rescriptum principis, oblatio curiæ §. fin. Inst. de nupt. qui-
bus addidit Iustin. quartum in auth. item sine legitimis. C. de
natur. lib. si naturales in testamento à patre facto appellati
fuerint filii & designati successores hæreditatis. Iure Can.
duo tantum sunt legitimandi modi: subsequens matrimo-
nium c. 1. qui fil. sint legit. & rescriptum principis, vel Papæ
e. per venerabilem. 13. eod. In locum oblationis curiæ succes-
sit ingressus in monasterium, illegitimè enim natus si in-
grediatur monasterium promoveri potest ad ordines sine
dispensatione, c. 1. de fil. presbyt. non autem ad honores Ec-
clesiasticos c. fin. eod. Iure Civili legitimati in emphyteusi
Ecclesiastica & in feudis succedere nequeunt. Anton. disp.
feud. 5. th. 6. Iure Can. possunt, Dn. Præcept. Bachov. d. th.
6. lit. f & hoc in hodierno iudiciorum usu quoad legitima-
tos per subsequens matrimonium observari testantur Ro-
senth de feud. c. 7. q. 18. n. 11. Rittershus. de feud. c. 13. q. 3.
Vult. de feud. c. 9. n. 94. Obr. 2. Feud. 15. n. 18. & seqq. Adop-
tivi liberi non sunt propriè liberi, ad naturæ tamen simi-
litudinem legis beneficio pro liberis sunt, & adoptione
feu

seu affiliatione liberi constituuntur. Sunt autem duæ de
jure Civili adoptionis species: arrogatio & adoptio in spe-
cie sic dicta, Dn. par. Henning, Wegner *in analys. ad tit. Inst.*
de adoption. in pr. Jure Can. adoptio appellatur legalis co-
gnatio *tot. tit. de leg. cogn.* constituiturque nova adoptio-
nis species compaternitas, *c. ita diligere. 30. q. 3.* à qua ori-
ginem ducit spiritualis cognatio *tot. tit. de spirit. cognat.*
quæ nec juri Civili est incognita *l. 26. vers. ea videlicet. C. de*
nupt. Legitimi liberi dicuntur, qui ex justo & legitimo ma-
trimonio suscepti sunt. *pr. Inst. de nupt.* qui de jure Civili
patrem sequuntur *l. 24. de stat. hom.* Jure Can. matrem. Cu-
jac. *ad c. un. de nat. ex lib. vent.* Rittersh. *de diff. iur. lib. 2. c.*
7. Manent liberi legitimati, adoptivi & legitimi in pote-
state parentum, donec sui iuris fiant, quod de jure Civili
potest contingere 9. modis, *2. tit. Inst. quib. mod. ius pat.*
pot. solv. ubi sex recitentur, septimus est episcopalis digni-
tas & quilibet honor filium à curia liberare valens *nov. 81.*
Ostavius, si parens incestas contraxerit nuptias. *auth. ince-*
stas nuptias. C. de incest. nupt. nonus, si pater leno necessita-
tem peccandi filia imposuerit *l. 12. C. de episc. aud. l. 6. C. de*
speculaz. Jure Can. superadditur decimus modus, legitima-
etas, quæ est in foeminis 12. annorum, in maribus 14. *c. pu-*
ella 20. q. 2. Sacerdotium autem jure Can. filium è potesta-
te patris non liberat, neque id Canonistæ comm. probare
possunt *per c. indecorum. de arat. & qual.* Diff. Rosbach. *de*
diff. iur. lib. 1. tit. 2. Et hæc est prima divisio personarum
in liberos & servos. Iam aliquid dicendum de secunda u-
trique juri quoque non incognita, quâ personæ dividun-
tur in laicos, clericos & homines mixtos, qui nec ad lai-
cos nec ad clericos propriè referri possunt, quales sunt mi-
lites hospitalarij sancti Johannis Hierosolymitani, Gre-
gor. Tholos. *part. iur. Can. lib. 2. tit. 8. c. 2.* Laici dicuntur

Legiti-
mi.

Modi so-
lutionis
patris
potesta-
tis.

Secundæ
persona-
rū divi-
sio in lai-
cos &

omnes mündani l. 55. §. 1. C. de episc. & cleric. & seculari
conversationi dediti l. 56. pr. C. eod. appellantur etiam idi-
ota 1. Cor. 14. v. 16. nov. 6. §. 1. §. 2. nov. 137. c. 6. estque ijs
concessum uxorem ducere, terram colere, temporalia pos-
sidere, inter virum & virum iudicare, causas agere, obla-
tiones super altari deponere, decimas reddere, ut ait Hie-
ronymus in c. duo sunt genera. 12. q. 1. & sub hac appellatio-
ne comprehenduntur omnes quoque Imp. & reges c. tua.
25. c. dudum. 31. de decim. Clerici illi dicuntur, qui manci-
pati sunt divino officio, deditique contemplationi & ora-
tioni d. c. duo sunt. prohibetur illis audire jus Civile ut &
Physicam, nec non medicinam, quia præcepta medicinæ
sunt divinæ cognitioni contraria c. contraria. 21. de conse-
crat. dist. 5. debentque contenti esse studio juris Canonici
& Theologiæ c. fin. ne cler. vel mon secul. negot. Poëtas, hi-
storicos, paganosque scriptores legere possunt, sed non ni-
si bonâ intentione c. legimus. 7. dist. 37. Laicis quoque in-
terdictum fuit ab Honorio III. docere jus civile in Francia.
c. super 28. de privil. & excess. Utrisque autem tam laicis
quam clericis prohibitum est disputare de rebus divinis sub
gravi pœna, quæ de jure Civili est arbitraria l. 4. C. de summ.
Trinit. de jure Can. est excommunicatio c. 2. §. inhibemus.
de heret. in 6. Clericorum ordines sunt novem. Omnium
primus est episcoporum. Vocabulum autem episcopi hîc
non tribuendum est ijs, qui præsunt pani & cæteris rebus
venalibus ad quotidianum victum comparatis, ut in l. 18. §.
7. de muner. sed ijs qui gerunt curam animarum. Ordo ho-
rum episcoporum est quadripartitus, id est in patriarchis,
archiepiscopis, metropolitanis & episcopis in specie sic di-
ctis c. 1. §. ordo verò. dist. 21. Inter patriarchas primus est
papa seu pontifex Rom. qui non puri hominis, sed veri
Dei gerit vicem in terris. c. quando. de transl. episcop. unde
cum

Clericos

Clerico-
rum no-
vem or-
dines.

eum dictum vult gloss. in *praf. Clem. à papæ admirandi interjectione*, quod verè sit admirabilis, allegatque versus eujusdam Anglici:

Papa stupor mundi, peragis qui maxima rerum,

Nec Deus es, nec homo, quasi neuter es inter utrumq;.

Dicitur esse caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum *l. 7. pr. C. de summ trinit.* tantumq; præstat Impp. quantum spiritus carni, & sol lünæ, *c. solita. de Maior. & obed. imò* in administratione est major Apostolo Paulo, quia est loco Petri, *c. 25. quoniam vetusto. 24. q. 1.* qui fuit Paulo major in administratione *c. 35. puto 2. q. 7. c. in nov. 2. dist. 21.* Hostiens. *de rescript. n. 11.* & quemadmodum legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi pontificatus apicem apud eam esse nemo est, qui dubitet, *nov. 9. pr.* quod expressâ sanctione Justin. Imp. *in nov. 131. c. 2.* confirmavit, dicens: Sancimus sanctissimum senioris Romæ Papam primum esse omnium sacerdotum, beatissimum autem archiepiscopum Constantinopoleos novæ Romæ secundum habere locum post sanctam Apostolicam senioris Romæ sedem, alijs autem sedibus omnibus præponatur. Sed hunc primatum Rom. Ecclesiæ non ab Impp. neque ullâ aliquâ synodo, sed ab ipso Christo institutum esse dicit Papa Gelasius *c. 3. dist. 21.* & tamen Gregorius hoc superba appellationis verbo, universalis scil. Papæ insigniri noluit *c. 5. dist. 99.* Habet Papa suos assessores, qui dicuntur Cardinales, quasi cardines omnium ecclesiarum & qui serviunt universæ Ecclesiæ. *c. execrabilis. extravag. comm. de prebend.* hos Papa appellat fratres suos, quia in executione officij sacerdotalis coadjutores ipsi adstant *c. fundamenta. 17. de elect. in 6. c. quam gravi. 6. de crim. fals.* Primum post Papam locum habet Patriarcha Constantinopolitanus *d. nov. 131. c. 2. c. 3. dist. 22.* Alexandrinus secundum, qui ante fuerat om
nium

omnium patriarcharum primus *c. 2. dist. 22.* Antiochenus
tertium, qui quondam quoque fuit primus *Ast. 11. v. 27. c.*
rogamus. 24. q. 1. Hierosolymitanus quartum *nov. 123. c. 3. c.*
6. dist. 21. c. antiqua. de privil. & excess. c. definimus 3. in fin.
de sum. trinit. in 7. Archiepiscopus est summus episcopo-
rum, tenerque vicem Apostolorum & præsidet tam metro-
politans, quam cæteris episcopis *d. c. 1. dist. 21.* eorum non-
nulli dicuntur primates, ut in Germania archiepiscopus
Magdeburgensis, in Italia Venetus & Aquilejensis, in Hi-
spania Toletanus. Metropolitanus dicuntur, qui singulis
provincijs præminent, quorum auctoritati & doctrinæ
cæteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos
agere licet episcopos *d. c. 1. dist. 21.* Episcopus est, qui su-
perintendit, scilicet curam gerens subditorum *d. c. 1.* Et hi
sunt quatuor ordines primi episcoporum ordinis. Secun-
dus ordo est presbyterorum, qui quandoque sub nomine
episcoporum comprehenduntur *ut in c. 24. dist. 93.* Tertius
ordo est diaconorum. Quartus subdiaconorum. Et hi qua-
tuor ordines dicuntur majores. In minoribus quinq; sunt
ordines 1. est acolytorum. 2. exorcistarum. 3. lectorum, ad
quos referuntur psalmistæ seu cantores. *Canis de summ. iur.*
Can. lib. 1. tit. 5. 4. ostiariorum & denique clericorum pri-
mi gradus, quibus prima tonsura confertur *c. 11. ext. de e-*
rat. & qual. Omnium horum ordinum definitiones & of-
ficia proponuntur *in c. 1. dist. 21.* & explicantur latius à Gre-
gor. Tholos. *part. 1. r. Can. lib. 2. tit. 9. c. 2. 3. & seqq.* ubi
quoque enumerat dignitates in ecclesijs collegialibus &
monasterijs receptas. Hic adjiciendæ sunt quædam jurium
differentiæ. Prima est, quod jure civili episcopus anno-
ratis 35. vel etiam 30. ordinari debeat juxta *nov. 123. c. 1. §. 1.*
nov. 127. c. 2. nec presbyter eo jure minor 35. annis fieri quis
permittitur, nec diaconus aut subdiaconus minor 25. nec
lector

Teſtor minor 18. nec diaconiſſa minor 40. annis d. nov. 112. c. 13. Diſt. Rittershuſ. de diſt. iur. lib. 7. c. 3. ubi dicit, quod jure Civili quis poſſit eſſe epiſcopus natus 25. annos. Jure Can. 30. annos epiſcopus & preſbyter habere debent. c. cum incunctis. 7. de elect. c. 1. & 2. diſt. 78. Verum Clemens in clem. ſin. de arat. & qual. conſtituit, ut quis liberè in decimo octavo ætatis anno ad ſubdiaconatus, in vigefimo ad diaconatus & in vigefimo quinto ad preſbyteratus ordines promoveri debeat. Leo autem 10. voluit, clericos, qui præſent eccleſiis 27. annos habere debere, qui autem monaſteriorum curam gererent 22. c. cum pia. de elect. in 7. Secunda differentia eſt, quod laici jure civili epiſcopum eligere poſſint & jus ſuffragij habeant. nov. 123. c. 1. Jure Can. nec habent jus eligendi, nec ſuffragiorum c. 51. de elect. jus tamen præſentandi habent. 108. tit. de iur. patron. Jure Civili laicus eccleſiæ cujuſdam patronus, ſi ſuæ eccleſiæ præſentaverit indignum, privatur jure præſentandi, jubeturq; epiſcopus alium præſentare nov. 123. c. 18. Jure Can. non privatur c. cum nos. 4. de offic. iudic. ordin. c. cum incunctis. 7. de elect. Jure civili pro receptione ad ſacros ordines, itemque pro ſcriptura licet aliquid dare, datumque licitè accipitur nov. 123. c. 3. §. pro conſuetudinibus. Jure Can. acceptio pecuniæ, quæ fit vel pro ſacerdotio ipſo, vel pro ejus acceſſorijs, eſt illicita, quia incidit in crimen Simoniz c. 4. ſic ut 1. q. 2.

c §. 1. Inſt. de R. D. Eſt & alia rerum diviſio in corporales & incorporales. Illæ dicuntur, quæ tangi poſſunt, hæ, quæ tangi nequeunt, qualia ſunt ea, quæ in jure conſiſtunt §. 1. & 2. Inſt. de reb. corpor. & incorp. Jure Can. rerum aliæ ſunt ſpirituales, aliæ temporales, aliæ mixtæ, Lancell. in Inſt. lib. 2. tit. I. Spiritualium iterum aliæ ſunt corporales, aliæ incorporales. Incorporales dicuntur virtutes & dona

Dei,

Dei. Corporalium alia sunt sacra, alia sancta, alia religiosa. Res sacra non tantum dicuntur aedes sacra & donaria rite Deo dicata, ut de jure Civili. §. 8. *Inst. de R. D.* sed etiam 7. Sacramenta, quae à *Lancell. d. lib. 2. tit. 2. Inst. Int. Can.* distinguuntur in voluntaria & necessaria. Necessaria sunt quinque: baptismus, confirmatio, poenitentia, eucharistia, extrema unctio. Voluntaria sunt duo, ordo sacer & matrimonium. Temporales Ecclesiae res dicuntur, quae alienari possunt, si id Ecclesiae utilitas postulet & consensus clericorum accedat. Mixtae dicuntur decimae tam praediales quam personales, jus enim decimandi spirituale est & fructus decimarum sunt temporales. *Lancellot. d. lib. 2. tit. 22.*

III.

Judiciorum considerata 1. praesliminaria. 2. ea quae in ipso judicio fiunt. In praesliminariis solet quaeri 1. de competentia ^a magistratus, cujus officium ^b & potestatem ^c litigantes scire debent. 2. de citatione ^d & actionis editione. ^e 3. de impedimentis, quae ingressui litis obstant.

^a extra territorium enim jus dicenti impune non pareretur *l. fin. de iurisd. l. fin. C. si à non comp. iud. l. 53. C. de decur.* Unde actor reum in jus vocaturus, judicem competentem adire debet. Potest autem iudex fieri competens inter alia etiam partium prorogatione, cum iurisdictio de persona in personam prorogatur, quod jure Civili facere licet cuivis *l. 1 & 2. de iudic.* Jure Can. clericis id regulariter prohibitum *c. non liceat. 3. q. 6. c. significasti. 18. de for. compet.* Imò omnino interdictum *c. P. & G. 40. de offic. iud. deleg.* Jure Civili

Civili clericus beneficio suo, quod coram alio, quam iudice Ecclesiastico conveniri nequeat, renunciare potest *l. 7. C. de episc. aud.* Jure Can. non potest *c. 12. de for. compet.* Fit etiam jure Civili iudex competens ob contractum *l. 19. & seq. de iudic.* quod de iure Can. nonnihil est immutatum *c. 1. §. contrahentes, de for. compet. in 6.* Jure Civili clericus laicum in causa pecuniaria coram laico iudice convenire debet *d. l. si quis. 7. C. de episcop. aud.* Jure Can. coram episcopo loci *c. 9. de for. compet.*

b explicatum à *tit. de senat.* usque ad *fin. lib. 1. ff.* ubi vid. *Wes. in parat.* Officium magistratus Ecclesiastici exponunt *Canil. in summ. iur. Can. lib. 1. tit. 16. & seqq.* & *Gregor. Tholos. part. iur. Can. lib. 2. tit. 9. c. 2. & seqq.* Jure Civili archiepiscopus extra ecclesiam pallio suo uti potest, sicut præconsul insignibus suis extra provinciam suam *l. 1. de off. procons.* Jure Can. archiepiscopus non potest *c. 1. & 5. de auct. pall.* Jure Civili aliud est officium iudicis, cui mandata est iurisdictio, aliud est iudicis dati seu delegati *l. 5. l. properandum. 13. §. 1. C. de iudic. l. un. C. qui pro sua iurisdict.* Ille non tantum causæ nudam notionem sed etiam executionem habet, omniaque agit, quæ ipse mandans agere potuisset *l. 1. de off. ei. cui. mand. est iurisdict.* Hic nudam saltem facti notionem habet *l. 5. de re iudic.* eiusque sententiam exequitur magistratus, qui ipsum dedit *l. 15. pr. eod.* alio nomine pedaneus appellatur, quia ad pedes magistratus superioris sedebat & iubebatur postquam partes coram prætore causam proposuissent, de controversia iudicare *108. tit. C. de pedan. iudic. ubi Cuiac. Donell. 17. comm. 21.* hinc orta illa iuri Rom. cognita distinctio, agere in iure, agere in iudicio, illud fiebat coram prætore, hoc coram iudice pedaneo. *Wesemb. in parat. de offic. prætor. in fin. & ad tit. de iudic. n. 14.* Fuerunt & alii iudices, dicti pedarii, quod pedibus

dibus in sententiam superiorum magistratum irent, eam-
que pluralitate sua confirmarent, ad quos reus potuit voca-
ri l. 3. §. 1. *ne quis cum qui in ius vocat.* ad pedaneos enim vo-
cari non potuit l. 7. *de restit. in integr. Wel. in parat. de in ius*
voc. n. 3. Juri Can. hæc distinctio est incognita, idemque
est iudex datus & is cui mandata est jurisdictio, ideoque u-
terque sub nomine iudicis delegati comprehenditur. *101.*
tit. de offic. & pot. iud. deleg. Hinc jurisdictio alia ordina-
ria, alia delegata c. *fin. de sent. & re iudic. Bocer. clas. 6. disp.*
2. n. 23. Gregor. Tholos. partit. iur. Can. lib. 5. tit. 5. c. 1. &
seqq. Jure Civili cuius non facile delegantur causæ, sed
saltem iudicis consiliarijs, qui sunt exploratæ fidei *nov. 82.*
§. 2. Jure Can. liberius permittitur delegatio c. 28. §. *item*
cum ea. de off. iudic. deleg. Jure Civili delegatus iudicis exe-
qui potest suam sententiam l. *un. C. qui pro sua iurisdict.* Jure
Can. non potest, c. *in literis. c. pastoralis. 28. §. quia verò. de*
offic. deleg. Dn. Præcept. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 3. th. 2. lit. c.
c. consistentem in jurisdictione,mero & mixto im-
perio l. 1. 2 & 3. *iurisdict.* Jure Civili concessione plenissimæ
jurisdictionis venit imperium mixtum non merum, quia
hoc non jure magistratus sicut illud, sed ex speciali legis
concessione competit, & propterea delegari nequit l. 1. §. 1.
de offic. ei. cui. mand. est iurisdict. Jure Can. sub nomine ple-
nissimæ jurisdictionis utrumque imperium continetur &
delegari potest, c. *quod sedem. 10. de offic. iudic. ordin. ubi. Pa-*
norm. per c. suffraganeis. 11. de elect. c. aqua. 9. de consec. eccles.
vel abt. c. licet. de offic. vic. in 6. Bart. de diff. iur. n. 19. Jure
Civili, qui extremum quod in jurisdictione est, non fece-
rit, punitur l. 1. *si quis ius dic. non obtemp.* Jure Can. illa distri-
ctio & rigor in rebus & personis Ecclesiasticis non requiri-
tur c. 1. *de dol. & contum.* Jure Civili Imp. dominus orbis est
l. 9. *ad l. Rhod. de iact.* Jure Can. est Pontifex gl. *in c. un. verb.*
in qui.

in quibuslibet mundi partibus. de stat. regul. in 6. per c. 17. cun-
cta per mundum. 9. q. 3. ideoque omni humanæ creaturæ
imperat utroque gladio, spirituali & temporali c. 1. in ex-
travag. comm. de mai. & obed. Spiritualis, Sacerdotis est;
temporalis, quanquam sit in manu regum & militum, ad
nutum tamen & patientiam sacerdotis regitur, quo gladio
utendum est, ubi spiritualis non timetur c. postulasti. 21. de
homicid. c. ad abolendam. 9. de heretic. Secundum hæc acci-
piendus est c. 6. inter hæc 31. q. 2. sanctam Dei Ecclesiam
mundanis nunquam constringi legibus, & non habere al-
tium gladium quam spiritualem, præter quem, nec ipsum
Papam, alium usurpare posse, quoad executionem scilicet,
ait Bartol. de diff. iur. n. 146.

d. ejusque speciebus in ius vocazione & citatione in
specie sic dicta. In ius vocatio olim fieri poterat autoritate
privata l. 2. l. 11. l. 19. l. 21. de in ius voi. quod tamen jure no-
vissimo nov. 112. c. 2. §. si vero, ut & jure Can. moribusque
nostris clem. pastoralis. de sent. & re iudic. in usu esse desit.
Bocer. class. 6. disp. 13. n. 40. & seqq. Citatio sic in specie di-
cta fit vel privatim ad domum, vel publice per præconem,
vel tubam, vel campanam, vel edictum Wes. in parat. de in-
iur. vocan. n. 13. Iure Can. citatio per edictum regulariter
fieri nequit, Panormit. in c. gratum. 28. n. 3. de offic. iud. de-
leg. & in clem. 1. de iudic. Felin. in c. quoniam. §. porro. col. 1. &
sex seqq. ut lit. non comest. Iure Civili iudicium incipit à litis
contestatione, non à citatione, quemadmodum & litis
contestatio jurisdictionem perpetuat, l. 15. de procur. nov.
112. c. 3. §. 1. Iure Can. incipit à citatione, quæ quoque ju-
risdictionem perpetuat c. gratum. 20. de offic. iud. deleg. Iu-
re Civili ad totam causam una sufficit citatio, quod quo-
que in Camera observari dicunt Myns. cent. 4. obs. 33. & Gaik.
1. obs. 51. n. 10. Iure Can. una non sufficit, sed trina requiritur

*cur. c. consuluit. 24. & ibi Canonista. de off. iud. deleg. clem. sa-
pe. de v. s. Præterea circa citationem notandum, ne fiat
in diem incertum aut feriatum, aut intra dilationum tem-
pus, aliàs jure Civili non valebit, quia certus dies, quo ci-
tatus se sistere debeat, exprimendus est l. 115. pr. ubi gl. de v.
s. vel si facta sit ad diem feriatum citatus comparere non
tenebitur l. fin. C. de fer. Iure Can. non refert dies certus ex-
primatur, an incertus in citatione c. eos. 22. in fin. de sent.
excomm. in 6. an fiat in diem feriatum vel non, quia etsi ci-
tatus die feriato comparere non teneatur, die tamen feria-
tum sequente se sistere debet, c. cum dilecti. de dol. & contum.
In Camera hæc solet observari clausula: compareas tali
die, quod si ille non sit juridicus, compareas die sequenti.
Gail. 1. obs. 53. Iure Civili dilationum tempora sunt certa l.
1. C. de dilat. Iure Can. sunt arbitraria c. quoad consultatio-
nem. 15. de sent. & re iudic. c. oblatæ. 57. S. licet. de appell. Se-
cundum hoc jus Canon. pronuntiatur in Camera Gail. 1.
obs. 91. n. 13.*

e quam de jure Civili actor edere tenetur, ut sciat re-
us, an cedere an contendere debeat, & si contendendum
putet, cognita actione instructus veniat l. 1. de eden. Iure
Can. actionem in libello exprimere non tenetur, factum
tamen tam clarè proponendum est, ut ex eo ius agendi col-
ligatur c. dilecti. 6. de iudic. Possunt autem utroque iure a-
ctiones in uno eodemque libello cumulari l. 11. de iuris d. l.
22. de iudic. c. 2. & ibi gl. in verb. expressum. c. 3. de caus. poss.
& propriet. Diss. Rittershus. de diff. iur. lib. 5. c. 15. negans
iure Civili plures actiones in eodem libello cumulari pos-
se secutus Charondam 3. veris. 7. Obrecht. de formand. libell.
c. 23. n. 4. & seqq. Iure Civili in libello plus petens vel re,
vel loco, vel tempore, patitur damnum in solutione spor-
tularum, quarum triplum solvere tenetur adversario. §. 33.

Inst.

Inst. de action. Iure Can. plus petens re, tenetur expensas
solvere adversario, loco plus petens tenetur ad interesse,
tempore plus petenti duplicantur induciæ *c. un. de plus pe-*
tit. Iure Civili post libelli oblationem dantur reo induciæ
20. dierum, ut interea deliberet, an velit cedere, an con-
tendere *nov. 53. c. 3.* Iure Can. tempus est arbitrarium *c. di-*
lectus, 11. ubi gl. de procur. c. cum sit Romana. s. de appell.

IV.

Impedimentum oritur vel parte altera
invita, vel utraque consentiente. Illud fit ob
remedia partim ordinaria, partim extraordi-
naria. Ordinariè opponuntur exceptiones,
vel ratione personarum litigantium, quod
super re controversa pacti fuerint ^a aut trans-
egerint: ^b vel ratione personarum ijs adfi-
stentium, ut quod advocati ^c non sint personæ
honestæ, ^d procuratores ^e non habeant man-
datum, negotiorum gestores ^f sint calumnia-
tores. ^g Extraordinarium remedium est resti-
tutio in integrum. ^b Hoc impedimentum,
quod ex consensu partium oritur, est, si liti-
gantes in arbitrum compromittant. ⁱ

^a Pacta sunt vel nuda vel non nuda. Ex nudo pacto
jure Civili actio non nascitur *l. 45. de pact. l. 10. C. eod.* Iure
Can. nascitur, quia jus divinum inter juramentum & sim-
plicem loquelam non distinguit *c. iuramenti, 22. q. 5. c. 1. &*
2. ubi Canon. de pact. Wel. in parat. de pact. n. 9. Diss. Ritters-
hus, *de diff. iur. lib. 3. tit. 1.* Iure Civili pactum filia cum pa-
tre

*Pacta
nuda.*

*Pacta nō
nuda.*

tre, ut dote contenta nullum ad bona paternā habeat re-
gressum non valet, quia pactum de succedendo alteri im-
probatur *l. 61. de V. O. l. 4. C. de inutil. stipul.* quod ita verum
est, ut etiam non valeat, quamvis iuramento sit confirma-
tum *l. fin. ubi Dd. C. de pact.* Gail. 2. *obs. 125. n. 2. cum ibid. al-*
leg. Jure Can. ejusmodi pactum filix cum patre juratum va-
let *c. quamvis. de pact. in 6.* Pacta non nuda vel sunt legitima
vel adjecta. Legitimorum sunt quatuor: constitutum, hy-
potheca, dos & donatio. Reliqua, quæ recensent Dd. ut
pactum de usuris argentario solvendis. *nov. 136. c. 4. de usur-*
is ex pecuniā civitatum præstandis. l. 30. de usur. de trajecti-
tia pecunia *l. 5. §. 1. l. 7. de navt. fæn.* de usuris ex rebus fungi-
bilibus, vino, frumento, oleo *l. 12. C. de usur.* pacta legiti-
ma non sunt, sed vel adjecta, vel exceptiones à regula, quæ
dicitur usuras non deberi, nisi ex stipulatione *l. 24. de præfer-*
verb. Jure Civili pacta adjecta bonæ fidei contractibus, si
illis causam dederit dolus, sunt ipso jure nulla, stricti au-
tem juris contractibus adjecta subsistunt *l. dolo. 5. C. de inutil.*
stipul. l. 20. de V. O. l. 5. C. de rescind. vend. Jure Can. pacta adje-
cta tam contractibus stricti Juris, quam bonæ fidei, si ijs do-
lus causam det vel interveniat, sunt nulla Bald. *in c. 1. de plus*
petit. Rittershus. *de diff. iur. lib. 3. c. 9.*

b Jure Civili de crimine poenam capitalem inferen-
te licet transigere *l. transigere. 13. C. de transact.* Jure Can.
de nullo crimine licet transigere, quia nullum crimen eo
jure capitaliter punitur *c. 30. his à quibus. 23. q. 8. c. sententi-*
am. 9. ne cler. vel mon. c. in archiepiscopatu. 4. de raptor.

c gloriosæ vocis munimine confisi laborantium spem,
vitam, posterosque defendunt *l. advocati. 14. C. de advoc.*
divers. indic. in eorum numerum non indistinctè quis
adsumentur, sed saltem personæ honestæ, exclusis intami-
bus & reliquis postulare prohibitis *in l. 1. §. 6. de postul. l. 6*

quis

quis advocatorum. s. l. pen. & ult. C. eod. præter quos iure Can.
ab hoc officio removentur quoque excommunicati c. 17.
excommunicatos, cum c. seq. 11. q. 3. c. exceptionem. 12. de ex-
cept. episcopi, qui nec pro se in foro Civili (secus in eccle-
siastico) nec pro aliis postulare possunt c. 3. quia episcopus. 5.
q. 3. c. fin. de iuram. calum. item qui audiverunt leges Parisiis
c. specula. 28. de priv. & excess. c. non magna. 3. in fin. c. fin. ne-
cler. vel mon.

d Infames enim ut præced. lit. dictum, patroni cau-
sarum esse nequeunt c. infames. 3. q. 7. Iure Can. infamia
est duplex, alia juris Canonici, qua afficiuntur peccatores,
qui in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali autori-
tate subventum fuerit, c. 3. illi. 6. q. 1. alia juris Civilis de qua
in d. c. infames. 3. q. 7. quæ hujus est loci. Iure Civili non
solum mulier intra annum luctus ad secunda transiens vo-
ta, infamis est, sed etiam is, qui talem mulierem ducit l. 11.
§. 1. & §. 4. de his qui not. infam. l. 15. C. eod. Iure Can. nec mu-
lier ejusmodi nec eam ducens fit infamis c. super illa. 4. de
secund. nupt. Iure Civili non omnis perjurus est infamis l. 2.
C. de reb. cred. l. 2. de crim. stellion. quanquam à testimoni di-
ctatione repellatur l. 2. l. 3. §. 5. de testib. Iure Can. omnis per-
jurus est infamis c. 17. & seq. 6. q. 5. Iure Civili non omnis
de crimine damnatus est infamis l. 7. de publ. indic. Iure Can.
omnis, quia eo jure omne crimen infamat c. 9. constitutumus
3. q. 5.

e Iure Civili universitas non constituit procurato-
rem sed actorem sive syndicum l. 1. & tot. tit. quod cuiusque
univ. nom. Bartol. de diff. iur. n. 2. Iure Can. nihil interest,
quocumque tandem nomine altera negotia gerens appelle-
tur, quia eo jure omnis administrator venit appellatione
procuratoris c. 8. salvator. 1. q. 3. hinc dicit Hostiens. tit. de
procur. n. 1. ferè in fin. quod nil obstat sive dicatur procurator,

D

tor,

tor, sive syndicus, sive oeconomus, sive asinus, sive etiam
nullum nomen exprimat, dummodo de mente consti-
tuentis liqueat *c. cum venissent, 2. de in integ. restit. c. petitio.*
9. de procur. Iure Civili infamis potest esse procurator. *§. fin.*
Inst. de except. Iure Can. distinguitur, ut pro Ecclesiasticis
personis procurator ignominiosus non admittatur, sed
tantum pro laicis & secularibus Panorm. *in c. imperatorum.*
8. de iuram. calum. Wel. in parat. de procur. n. 4. Iure Civili
excommunicatus potest esse procurator, nam excommu-
nicatio animam & jura spiritualia non temporalia concer-
nit, excommunicatus autem manet civis. Dn. Præcept.
Bachov. *ad Tr. vol. 1. disp. 9. th. 2. lit. c. in fin.* Iure Can. non
potest esse *c. intelleximus, 7. de indic. c. post cessionem, 7. de pro-*
bat. c. decernimus, 8. de seni. excomm. in 6. Iure Civili minor
25. annis, major tamen 17. potest esse procurator ad lites *§.*
5. Inst. quib. ex caus. man. non lic. Dn. parens Henning. Wegn.
in analys. Inst. ad d. §. 5. Iure Can. non potest esse *c. qui gene-*
raliter. 5. §. fin. de procur. in 6. Panorm. *in c. non iniuste, 14. eod.*
Iure Civili mulier nequit esse procuratrix *l. 18. C. de procur. l.*
2. de R. l. Iure Can. potest esse. *c. cum dilecta. 4. ubi gl. in verb.*
procuratricem. de confirm. ut il. vel in util. Iure Civili tutor aut
curator ante litem à se contestatam procuratorem facere
nequit *l. 74. de procur. l. neg. tutores. II. l. nulla. 23. C. eod.* Iure
Can. prælatus, qui est ecclesiæ curator, etiam ante litem à
se contestatam procuratorem constituere potest *c. petitio 9.*
de procur. Iure Civili procurator debet habere mandatum
specialissimum pro petitione restitutionis in integrum Dd.
in l. un. C. etiam per procur. in integ. restit. Iure Can. saltem
speciale *c. suscitata. 6. & ibi Panorm. n. 5. c. seq. de restit. in in-*
tegr. c. 4. §. fin. de procur. in 6. Rittershus. *de diff. iur. lib. 5. c. 12.*
Iure Civili negligentia procuratoris nocet domino, quia
lite contestatâ, persona domini amplius in consideratio-
nem

nem non venit, sed omnia perinde tractantur, atque si negotium ad ipsum procuratorem pertineret *l. 10. C. de procur. l. 13. C. mand. Iure Can. non nocet, c. cum venissent. 2. ubi gl. de restit. in integr.* Iure Civili fertur sententia in eum qui litem contestatus est, siue ille sit dominus siue procurator *l. nihil. 20. C. de procur. l. 1. C. de sent. & interloc. omn. iud.* Iure Can. fertur sententia in procuratorem, etiamsi dominus sit litem contestatus *c. constitutus. 6. de relig. dom. ubi Panorm. dicit, de hoc multum dubitare legistas. c. 1. de procur. in 6. Hostiens. in sum. tit. de procur. n. 11.* Utroque autem jure procurator tenetur appellare, quamvis appellationem prosequi non cogatur *l. 17. C. de procur.* est enim appellatio de appendicibus primæ instantiæ *l. 21. §. 2. de neg. gest. c. non iniuste. 14. de procur.* Iure Civili morte mandatis post litem contestatam à procuratore non extinguitur mandatum procuratoris *l. si defunctus. 15. de procur.* Iure Can. morte Ecclesiæ rectoris, procurator pro eadem Ecclesiâ constitutus desinit esse procurator, non obstante litis contestatione ab ipso facta. *cl. fin. de procur.*

f Iure Civili quod non meo nomine ab alio gestum est, ratum habere non possum *l. si vi me. 4. de vi & vi arm. arg. litem si cum putavi. 5. §. 1. de neg. gest.* Iure Can. possum *c. fin. 16. q. 1.*

g quales sunt, qui pecuniam ut alicui negotium facerent vel non facerent, acceperunt. Paul. *lib. 1. sent. c. 5.* Est autem calumniari in civilibus per mendacium & calumniam agere vel excipere, ad negotium alicui malitiosè faciendum *tot. tit. C. de iuram. propi. cal. dan.* in criminalibus est falsa crimina intentare *l. 1. pr. ad Sct. Turpill.* quod jure Civile etiam is facit, qui temere seu calore iracundiæ pervenit ad accusationem, unde talis punitur licet mirius *l. 4. C. de adult.* quia infirmitas animi malorum mores non excusat



eusat l. 1. C. *si adu delicti*. Iure Can. non punitur, quia inconstitutus calor vitio calumnia caret c. *si quis iratus*. c. *si quem penituerit*. 2. q. 3. confer. nov. Leon. 96.

Metus h ob metum, dolum, minorennem aetatem, status mutationem, justam absentiam, alienationem iudicij mutandi causa factam. Iure Civili quæ metu gesta sunt, non sunt ipso iure nulla, aliàs non opus foret restitutione. Iure Can. sunt ipso iure nulla. Panormit. *in c. de muliere*. 6. c. *cum veniens*. 13. & seqq. de sponsal. c. *significavit*. 2. de eo qui dux. in *matrim*. Wel. *in parat. quod met. caus. n. 1. in fin.* Iure Civile juramentum vi metuve extortum est ipso iure nullum, nec indiget absolutione. *aut h. sacramenta puerum. C. si advers. vendit*. Iure Can. ejusmodi juramentum ipso iure valet, ideoque indiget absolutione c. *ibi clerici qui coacti ministerium. de iureiur.* Dn. Præcept. Bachov. *vol. 1. ad Tr. disp. 11. th. 4. lit. B.* Iure Civili is cui metus illatus est habet actionem adversus omnes, ad quos quid de suo pervenit l. 16. §. 2. *quod met. caus.* est enim actio quod metus causa in rem scripta l. 9. §. 6. l. 14. §. 2. *ead.* Iure Can. prædicatores, eleemosynam à violentis detentoribus porrectam de ablatiis bonis restituere non tenentur c. *cum voluntate*. 54. *de sent. excomm.* ratio ibi assignatur, quia eam voluntate dominorum accepisse præsumuntur. Iure Civili dolus semper præponderat culpæ l. 11. *pr. ad l. Aquil.* l. 226. *de V. S.* Iure Can. non semper c. *cum dilectus* & ibi gloss. *in verb. ad fatuitatem. de his que vñ met. caus.* Iure Civili semper ob magnam & evidentem caliditatem actio de dolo datur l. 7. §. *fin. de dol.* Iure Can. non semper, non in causâ matrimonij. *veniens*. 16. c. *dudum*. 20. *de convers. coniug.* non spiritualibus c. *constituit* 20. q. 3. Minoribus comparantur Ecclesiæ l. 4. C. *ex quib. caus. mai.* & quemadmodum minores de iure Civili intra quadriennium restituuntur contra completam præscriptionem l. *fin.*

Minores

C. de

Ede temp. in integ. restit. ita quoque Ecclesie de jure Can. quia habent jura minorum *c. 1. & 3. de integ. restit.* Jure Civili impuberes contra contractum juratum restituuntur. Jure Can. non restituuntur Dn. Præcept. Bachov. *ad Tr. vol. 1. disp. 11. th. 9. lit. e. per tex. & Dd. ibi alleg.* Jure Civili minoribus & Ecclesiis restitutio contra libertatem non datur *l. 3. c. si adv. libert.* Jure Can. Ecclesiis datur *c. 39. et si. 12. q. 2.* Prioris status mutatio seu capitis diminutio de jure Civile *Capitis* est triplex, maxima, media & minima. *pr. Inst. de cap. min. diminu-*
l. 17. cod. Juri Can. ejusmodi status mutationis genera inco- *tio.*
gnita sunt Rosbach, *de diff. iur. lib. 1. tit. 1. in fin.* Ob mutatio-
nem status, veluti si quis adoptatus vel emancipatus fuerat,
prætor olim ita restituebat, ac si illa adoptio vel emancipa-
tio facta non fuisset *l. 2. de cap. minut.* hodie autem restituo
illa non est in usu, quia non patitur capitis diminutio-
nem adoptatus vel emancipatus, sublataque sunt solennia
illa emancipationum *Wel. in parat. de cap. min.* Absentia *Absentia*
iusta non ea tantum est quæ est necessaria, qualis est eorum, *tia.*
qui reip. causa absunt, sed ea etiam, quæ est probabilis, ut
est eorum, qui cognitionis & studiorum gratia, peregrin-
nantur *l. 26. §. fin. ex quib. caus. maior. c. consultationibus. 10. de*
off. & potest. iud. deleg. quæ quoque est privilegiata. *auth. ha-*
bita. C. ne fil. pro patr. Rosbach, *de diff. iur. lib. 3. tit. 24. n. 5. &*
seqq. quanquam de jure Can. ij qui absunt ratione studio-
rum in loco, ubi nullum vel minus competens exerciti-
um studiorum est, privilegia non habeant, nec beneficia
percipiant, *c. tua fraternitatis. 12. de cleric. non resid.* Jure Ci- *Aliena-*
vili cessio actionum non præsumitur simulata, nec judicij *rio iudis-*
mutandi causa facta, dolus enim non præsumitur, sed pro- *cij mu-*
bandus est *l. per diversas. 22. l. seq. C. mand.* Jure Can. omnis *tandi*
cessio quam recipit clericus à laico præsumitur simulata & *causa fa-*
in fraudem facta. *c. ex parte. 2. & ibi gloss in verb. à presumpsi* *ita.*
one. de alien. iud. mus.

z ad effugiendas iudiciorum moras & sumptus, cate-
raque incommoda declinanda l. 3. §. 2. de re cept. arbit. quo-
circa iudiciorum præparatoriis ultimo subicitur tit. de re-
cept. arbit. ubi notandum quod ob latiore[m] vocabuli rece-
ptorum acceptionem subiciatur tit. de iis rebus, quas nautæ
caupones stabularij, custodiendas receperunt. Wesemb. in pa-
rat. naut. caus. stabul. Iure Civili mulier arbitra esse nequit,
quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt l. 1. de arbit.
l. fin. C. eod. mulier autem iudex esse nequit l. 2. de R. J. Iure
Can. potest esse c. dilecti 4. de arbit. Iure Civili ordinarius
iudex non potest sumi arbiter super illa re, cujus est iudex
nov. 86. l. 9. §. si quis. 2. de re cept. arb. Iure Can. potest c. cum tem-
pore. 5. de arbit. Iure Civili nemo ita potest fieri arbiter, ut
partes iuramento se obstringant, illius laudo se parituros,
nam arbiter pœnam statuere debet, qua præstita licet parti
recedere ab eius laudo aut h. decernit. C. de re cept. arb. Iure
Can. potest fieri arbiter cum partium iuramento glos. in c.
2. per c. cum tempore. 5. & c. 10. eod. Iure Civili arbitri à partibus
electi ob suspectum iudicem non solum de causis recusati-
onis iudicis recusati cognoscunt, sed etiam de principali
negotio. Specul. tit. de recus. §. fin. n. 1. Iure Can. cognoscunt
tantum de causa recusationis, quæ si injusta sit, ad eundem
iudicem principalis quæstio redit, si iusta, tum de ea cogno-
scit vel superior iudex, vel etiam alius. Rittershus. de diff.
iur. lib. 5. c. 8. Iure Civili arbitri super causa restitutionis
incidenter arbitrari possunt l. fin. C. ubi & ap. quem cognit. l.
1. in fin. C. de ordin. iudic. sicut & iure Canon. Dn. Præcept.
Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 12. th. 1. lit. C. Iure Civili arbitri e-
lecti quibusdam absentibus arbitrari nequeunt, omnes e-
nim arbitrari debent l. 17. §. 2. l. 18. de re cept. arb. Iure Can.
major arbitratorum pars arbitrari potest, dum tamen absen-
tes per præsentem fuerint vocati c. fin. eod. in 6. Iure Civili
senten-

sententia arbitri nudo pacto & sine pœna assumpti non aliter valet, quam si per partes litigantes approbetur *l. pen. C. de arbitr.* Jure Can. indistinctè valet etiam si non approbetur *c. per tuas. 9. eod.*

V.

Ea quæ in ipso judicio fiunt, pertinent ad causas publicas & privatas. Privatarum aliæ civiles, aliæ criminales, finiunturque vel in prima vel secunda instantia. De civilibus proponuntur tituli generales & speciales. Speciales agunt, vel de propriè civilibus, vel de prætoriiis judiciis. Propriè civilia sunt realia personalia, & ex his mixta. De realibus & mixtis agitur principaliter & secundariò.

Dicendum hic de personis iudicium constituentibus & partibus iudiciorum. Personæ iudicium constituentes sunt actor, reus & iudex. Jure Civili ratione patriæ potestatis nullam litem patri filius intentare potest, nisi ob peculium castrense vel quasi *l. l. nulla. 4. de indic. l. 6. pr. ver. exceptis castrensibus. C. de bon. qua lib.* Sed nec hoc nisi speciali venia iudicis impetrata *l. generaliter. 13. de in ius vocan.* Jure Can. filius potest. *c. 36. queritur & ibi gl. 2. q. 7. c. 14. prohibentur 2. q. 2. glos. in c. 42. si ecclesia. 23. q. 4. Bartol. de diff. iur. n. 177.* quod consuetudine licet pessima receptum hodie conqueritur Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 5. n. 6.* ubi dicit hoc esse testimonium certum hujus ultimi & tristissimi seculi. Jure Civili filius sine permisso patris non habet personam standi in iudicio *l. 8. in fin. pr. C. de bon. qualib. excepta causa legationis & studiorum l. si longius. 18. §. 1. de indic.* Jure Can. in causis

Actor &
reus.

Iudex.

causis spiritualibus habet. *c. si annum, fin. de iudic. in 6.* Jure Civili consensus partium potest legitimare minorem 18. annis sit ut *judex l. 57. de re iudic.* Jure Can. non potest *c. 41. de offic. deleg. Dn. Præcept. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 12. th. 7. lit. E.* Utroque autem jure *judex ordinarius potest recusari l. apertissimi, 16. de iudic. auth. & consequenter. C. de sent. & interloc. omn. iud. c. si quis contra. 4. de for. compet. c. cum speciale. 61. de appellat.* Sed alio modo & effectu, ut vel causam mandare cogatur *arg. l. prator. 17. de iuris. d. aut superior ad eatur & alius iudex ab eo petatur arg. l. 11. C. si quac. pred. potest. nov. 96. c. 2. nov. 53. c. 3. §. 1. Dn. Præc. Bachov. ad Tr. d. disp. 12. th. 11. lit. H.* Diss. Bartol. *de diff. iur. n. 26.* dicens quod de jure Civili ordinarius recusari nequeat, sibi tamen contrarius *in p. 167. Gail, 1. obs. 33. n. 1. Rosbach. de diff. iur. lib. 3. tit. 3. n. 3.* Sic etiam utroque jure causa recusatationis coram arbitris non solum proponenda, sed & probanda est, *l. 16. cum auth. si vero contigerit. l. fin. C. de iudic. d. c. 61. c. 41. de appell. Diss. Rittershuf. de diff. iur. lib. 1. c. 8.* Jure Civili *judex pedaneus initio negotij duos aureos & in fine alios duos aureos à partibus accipere potest nov. 82. c. 9.* Jure Can. clericis id interdicitur *c. cum ab omni. 10. de vit. & honest. cleric.* Jure Civili *judex, si publicis occupationibus impediatur, litem apud se agitandam, initio, id est in contestatione audit & rursus in medio semel, in fine autem omnia relegere debet, quæ agitata & probata sunt, & sic ferenda sententia; cætera potest committere consiliariis auth. ad hac. C. de iudic.* Jure Can. potest totam causam aliis vel conjunctim vel divisim audiendam mandare *c. super. 27. de off. & pot. iud. deleg.* idque prout placuerit non tantum consiliariis suis, sed liberè cuivis *c. pastoralis 28. eod.* Jure Civili *judex de emergente quaestione judicat, licet aliàs ejus cognitio ad ipsum non pertineret, quod fit ob causarum continenti-*

mentiam l. quoties. 2. C. de iudic. l. fidem ii. de iuris. Jure
 Can. iudex laicus de emergente causa Ecclesiastica iudica-
 re nequit, sed eam ecclesiastico iudicio remittere debet su-
 spenso interim iudicio principali c. tuam 3. de ordin. cognit.
 iuncto c. lator. 5. c. causam. 7. qui fil. sint legit. Jure Civili ju-
 dex regulariter causas triennio finire debet l. 11. §. 1. C. de
 iudic. Jure Can. etiam ultra triennium extendere potest c.
 venerabilis. 20. eod. & vocat hanc differentiam maximam
 Bartol. de diff. iur. n. 25. Diff. Rittershus. de diff. iur. lib. 5. tit.
 1. ubi tamen ait nostram sententiam ubivis ferè locorum
 ut & in Camera observari Myns. cent. 1. obs. 51. & cent. 2. obs.
 48. Jure Civili iudex dolo malo iniquè iudicans tenetur
 parti læsæ ad litis æstimationem & refusionem expensarum,
 insuperque notatur infamia & in triplum eius quod recipit,
 punitur, in duplum autem, quod ei promissum, sed non-
 dum datum est auth. novo iure. & l. seq. C. de pæn. iud. qui ma-
 le iudic. Jure Can. tantum per annum suspenditur & parti
 læsæ ad æstimationem litis condemnatur c. 1. de sent. & re
 iudic. in 6. Partes
iudicij. Partes iudicij præcipuæ sunt litis contestatio &
 sententia. l. 1. C. de lit. contest. l. 55. de re iudic. l. 15. rem rat. ha-
 ber. Wes. in parat. de iudic. n. 6. Jure Civili litis contestatio
 est necessaria in omnibus causis §. 4. in fin. verb. litis conte-
 stat a tempore. Inst. de interd. l. 20. de accus. l. fin. C. ut int. cert.
 temp. Jure Can. litis contestatio non est necessaria in causis
 matrimonij, electionis & quibusvis summarijs c. adhuc
 Deus. I. c. quoniam. 5. §. porro. ut lit. non contest. Jure Civili lite
 non contestata testes in iudicio criminali non recipiuntur
 l. absentem. 5. de pæn. l. absentem. 6. C. de accus. l. quicumq. 2. C.
 de requir. reis. Gail. 1. obs. 92. n. 12. Jure Can. recipiuntur d. c.
 quoniam. §. porro. ut lite non contest. Rosbach. de diff. iur. lib.
 3. tit. 13. n. 1. De altera parte iudicij scilicet sententia agetur
 in th. 14. lit. H.

Quando de realibus judiciis agitur principaliter, tum considerantur ea, quæ verè & secundum quid talia sunt. Judicia verè realia dividuntur in universalialia^a & singularia. Singularia pertinent ad res corporales^b & incorporales. ^c Secundum quid realia dicuntur judicia quæ quandam cum realibus habent affinitatem. ^d

^a quo pertinent quærela inofficiosi & hæreditatis petitio civilis, prætorialia & fidei commissaria, quæ ultima non est prætorialia, sed civilis, est enim ex Scto. §. *restituta*. 3. & §. *seq. Inst. de fideic. hered.* Diss. Wel. *in par. de fideicom. hered. pet. n. 1.*

^b In quibus habemus dominium vel directum vel utile, quæ dominij divisio, etsi quoad verba in jure non reperiat, atramen quoad sententiam & mentem in illis extat. Dn. Præc. Bachov. *ad Tr. vol. 1. disp. 15. th. 1. lit. G.* Directum iterum est vel verum vel quasi. Ob verum datur rei vindicatio, ob quasi datur Publiciana. Utile dominium habet emphyteuta. Est autem emphyteusis contractus juris gentium non civilis. Dn. Præcept. Bachov. *ad Tr. vol. 1. disput. 29. th. 9. lit. B.* Diss. Wel. *in par. §. ag. vect. pet. n. 3.* Jure Civili dominus potest emphyteutam expellere, si canonem Ecclesiæ debitum intra biennium non solverit. *auth. qui rem huiusmodi. C. de SS. Eccles. l. 2. C. de iur. emphyt.* Jure Can. conceditur emphyteutæ purgare moram cum ceteri satisfactione *c. fin. de locat. conduct.*

^c servitutes scilicet, quarum aliæ dicuntur personales ut usufructus, usus & habitatio, aliæ reales, & ex iterum

rum dividuntur in urbanas & rusticas. Jure civili transe-
anti per agrum alienum non licet evellere spicas aut co-
medere uvas, nisi ei, qui servitutem sibi constitutam ha-
bet *l. per agrum. 11. C. de servit. & ag.* Jure Can. licet, etiam
si non habeat servitutem *c. discipulos. 26. de consecrat. dist. 5.*

Ad qualia sunt ea, quæ ratione damni nobis compe-
tunt. *Wes. in parat. si quadr. paup. fec. dic. v. 1.* Infert autem
damnum vel bestia vel homo, & hic vel liber vel servus.
Ob damnum à libero illatum datur actio *l. Aquiliæ*, itemq;
actio de ejectis & effusis: à servo damnum datum petitura
actione noxali. Jure Civili si plures hominem vulnerave-
runt, ille saltem actione *l. Aquiliæ* tenetur, qui ita vulne-
ravit, ut vulneratus ex vulnere mortuus fuerit, ceteri li-
beramur *l. 11. §. 3. ad l. Aquil.* Jure Can. omnes sunt homici-
dæ, omnesque ad poenitentiam agenda obligantur *c. si
quatuor. fin. 23. q. 8.* Jure Civili si dubium sit, an ex vulnere
mortuus sit is, qui læsus est, non tenetur vulnerans actio-
ne *l. Aquiliæ l. 15. §. 1. ad l. Aquil. l.* Jure Can. tenetur *c. ad au-
dientiam 12. de homicid.* Jure Civili licet cuilibet pro defen-
sione rerum suarum aliquem occidere, si aliter se tueri ne-
queat. *l. 4. ad l. Aquil. l. 1. C. unde vi.* Jure Can. clerico id
non licet *c. suscepimus. 10. ubi gloss. de homicid. §. 1. nimum.
23. q. 8.*

VII.

Quando de mixtis judiciis agitur principa-
liter tum ea referuntur vel ad fines vel res
communes. Communio est bonorum in &
extra hæreditatem. Bona quæ sunt in hære-
ditate, actione familiæ erciscundæ, bona ex-
tra hæreditatem, communi dividundo dividi
petimus.

Mixta judicia dicuntur quadrupliciter : alia eniſon
tendunt ad rei & poenæ perſecutionem §. 19. *Inſt. de actionib.*
alia ſunt in rem ſcripta l. 7. *C. de revoc. don.* in aliis poteſt
quis ſimul actoris & rei perſonā ſuſtinere. l. 37. §. 1. *de O. & A.*
alia oriuntur ſimul ex jure in re ſeu dominio, & ſimul ex
jure ad rem ſeu obligatione, ut ſunt hæc quatuor : petitiõ
hereditatis, finium regundorum, familiæ erciſcundæ &
communi dividundo judicia. De hereditate agetur *in th.*
13. lit. K. Jure Civili fines præſcribi poſſunt l. *fin. C. fin. re.*
gund. Jure Can. fines dioceſium præſcribi nequeunt c. 4.
quicung. 16. q. 4. c. *ſuper. co. 4. de paroch.* Jure Civili in fami-
liæ erciſcundæ judicio hoc receptum non eſt, quod frater
major natus dividat, minor eligat *Wel. in par. famil. erciſc.*
n. 6. ſed hoc jure Can. receptum eſt c. 1. *de paroch.* Jure ci-
vili pactum ne fiat diviſio non valet l. 14. §. 2. *comm. divid.*
ne juramento quidem confirmatum, nemo enim ulla ra-
tione in futurum ſibi ipſi, quo minus mutare liceat volund
tatem, legem dicere poteſt, Dn. Præcept. Bachov. *ad Tr.*
vol. 1. diſp. 19. th. 14. lit. I. Jure Can. valet, quia ſervari po-
teſt abſque diſpendio ſalutis æternæ.

II X.

Judicia realia & mixta tractantur ſecun-
dario, per paralipomena pertinentia ad judi-
ciorum, vel præparationem, ^a vel informati-
onem, ^b vel ad ſupplementum l. Aquiliæ, ^c fi-
nium regundorum ^d & rei vindicationis. ^e

^a ut eſt actio ad exhibendum, itemque interrogato-
riæ qq. Illa magnam haber utilitatem in rei vindicatione
l. 1. *ad exhib.* Hæ olim proponebantur, quando nescieba-
tur, quo judicio quid eſſet petendum, tum enim interro-
gaba-

gabatur reus, quo titulo possideret, ut vel confitendo vel
mentiendo le oneraret *l. 2. 3. 4. de interrog. qq. Wes. in par.*
cod. Hodie autem actio ad exhibendum non est in usu, nam
ejus loco mandata compulsatoria petuntur, quæ tamen in
effectu coincidunt cum ad exhibendum actione. Sic quo-
que interrogatorix qq. antiquatæ sunt, quia quæ hodie ex
confessione adversarij eliciuntur, post litem contestatam
per positionales, non valent ad fundandam intentionem,
sed probationem habent; quod etiam observatur in Ca-
merâ Gail. *l. obs. 70. & seqq.* Caterum jure Saxon. etiam
positionales seu articuli in usu esse desierunt. *Fachl. de diff.*
iur. Civ. & Sax. 48 & 49.

b ut *tit. de quib. reb. ad eund. iud. eat.* huc referri pos-
set materia fori competentis, de qua aliquid dictum *sup. th.*
3. lit. A. quot modis autem forum sortiamur tractat Ros-
bach. *de process. iur. tit. 3.*

c quo referendi rituli. *de serv. corr. de fugit. de aleat.*
Iure Civili torneamenta non sunt prohibita, quemadmo-
dum aleæ, quia torneamentum est genus lusus, quod fieri
solet virtutis causa *l. 2. §. 1. de aleat.* & si eques equitem oc-
ciderit, non tenetur actione l. Aquilæ *l. 7. §. 4. ad l. Aquil.*
Iure Can. torneamenta omnino sunt prohibita, occisisque
in illis denegatur sepultura *c. un. de torneam.* Sic quoque
jure Civili athletæ laudantur *l. 4. de his qui not. infam.* Iure
Can. vituperantur, eorumque vita & ars sagina esse dici-
tur, eosque nihil aliud cogitare, quam de carnibus & ru-
âu & ventris ingluvie *c. natales. 29. dist. 5. de consecr.*

d quo pertinet *tit. si mens. fals. mod. dix.*

e Huc spectant *tit. de relig. & de mort. infer.* Iure Ci-
vili unusquisque pro sua auctoritate & voluntate locum re-
ligiosum facere potest inferendo mortuum *l. 6. §. religio-*
sum. 4. de R. D. §. 9. Inst. cod. l. 1. §. 7. de mort. infer. Iure Can.

hoc nemo propria auctoritate facere potest, sed auctoritas & consecratio episcopi requiritur *c. ad hac. 4. de relig. dom. tot. tit. de sepul.* Iure Civili ornamenta cum corporibus condi non debent *l. 14. §. 5. de religios. l. 113. §. fin. de leg. 1. l. fin. §. fin. de aur. arg. legat.* Iure Can. archiepiscopus cum pallio sepeliri debet *c. 2. de auctorit. & us. pall.* Iure Civili homines non in urbe, sed extra urbem sunt sepeliendi *l. 12. C. de religios.* Iure Can. in urbis templo vel cœmeterio *c. 19. non estimemus. 13. q. 2.* Iure Civili nusquam reperitur, quod duorum conjugum corpora in eodem sepulchro sint repouenda, sed jure Can. hoc præcipitur obrationem hanc, quod quos Deus conjunxerit, homo separare non debeat *c. 2. Ebron. c. seq. 13. q. 2.* Si autem mulier plures habuerit maritos & non elegerit sepulturam, tum debet cum ultimo viro sepeliri *c. unaquaque. 13. q. 2. c. is qui habet. de sepul. in 6.* Ita jubentur eligere liberi sepulturam in loco parentum suorum *c. 1. de sepult. c. 7. placuit. 13. q. 2.* item inquilini eligentes sepulturam respicere debent ecclesiam parochialem, ubi Sacramenta participaverunt *c. 2. de sepul.* habetque ecclesia parochialis de mortuo alibi sepulto jus suum, id est canonicam portionem *c. ecclesias. 13. q. 1.* quod si autem inquilinus voluerit alibi sepeliri, funus deferendum est prius ad propriam ecclesiam, in qua missa haberi & sic ultimum vale ab eâ recipere debet. *gloss. in clem. dudum. verb. integrè. de sepult.*

IX.

Personalia judicia dividuntur in veros & quasi contractus. Veri considerantur in se & suis accessoriis. Considerati in se dividuntur in nominatos & innominatos. Nominati iterum in reales & consensuales. In realibus
adver-

advertimus ad obligationem & compensati-
onem. Obligamur vel per nosmetipsos vel
per alios. Per nosmetipsos in mutuo, com-
modato & pignore, in quibus locum habet
compensatio.

a Vero vel quasi. Iure Civili licet quid stipulari su-
pra mutuum ad legitimum tamen modum *l. cum ultra. 9. C. de non num. pecun.* Iure Can. non licet, quia quod supra for-
tem est, usura est, quæ eo jure omninò prohibetur *c. consu-
luit. 10. de usur.* Iure Civili debitor non habet exceptionem
non numeratæ pecuniæ ultra biennium, *tot. tit. Inst. de li-
ter. oblig.* Iure Can. habet, quia iniquum est condemnare
probaturum, sibi ex conventionè numeratum non esse.
Dn. Præcept. Bachov. *vol. 1. disp. 26. th. 2. lit. C.* Veri mutui
emplastrum est juramentum *Gell. lib. 10. c. 7.* quod debito-
rem securum præstat ab exactione creditoris, si juraverit
se nihil debere. Est autem juramentum, vel necessarium,
vel voluntarium, vel judiciale. Species juramenti judici-
alis est juramentum calumniæ. Iure Civili non distingui-
tur inter juramentum calumniæ, malitiæ & de veritate di-
cenda Ritterhus. *de diff. iur. lib. 6. c. 18.* Iure Can. distingui-
tur *c. 1. & 2. de iuram. calum. in 6.* Iure Civili abbas in causa
monasterij de calumnia jurat in animam suam *l. 2. §. 2. &
5. C. de iurciur. propt. cal. dan.* Iure Can. non in animam su-
am, sed majoris partis capituli *c. dudum. 54. de elect.* Iure
Civili actor & reus per se juramentum calumniæ præstare
tenentur, non autem per procuratorem *l. 2. auth. principa-
les. C. de iurciur. propt. cal. dan.* Iure Can. non tenentur, sed
illud per procuratorem jurantem in animam suam & do-
minorum præstare possunt *c. 2. §. 1. c. fin. eod. in 6.* & jus Can.
hoc in casu observari in Camera Imp. testatur Hartm. ab
Eppin.

Verū mu-
tuum.

Juramē-
tum ca-
lumniæ.

Eppin. tit. de iuram. calum. 10, obs. 2. n. 7. Iure Civili omnes
juramentum calumniæ præstare tenentur d. l. 2. §. 1. & auth.
principales. C. de iuram. calum. Iure Can. excipiuntur clerici
c. in harense. 1. eod. nisi litigent in propriis causis c. ceteram
5. eod. Iure civili in omnibus causis juramentum calumniæ
præstandum est l. 1. pr. ibi in omnibus causis. l. 2. ibi in omnibus
litibus. C. de iuram. calum. Iure Canon. in causis spirituali-
bus, ut matrimonij, decimarum, Simonix &c. non jura-
tur de calumnia c. literas. 2. eod. sed hoc correxit Bonifaci-
us in c. 1. §. ult. d. tit. in 6. Iure Civili juramentum calu-
mniæ semel tantum præstatur, & quidem initio litis nov. 49.
c. 3. Iure Can. sæpius & quocunque tempore tam ante quam
post litem contestatam c. cum dilectus. 32. §. nos vero atten-
dentes de elect. c. presentium. 31. c. pen. de test. c. 1. de iuram.
cal. in 6. Dn. Præcept. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 21. th. 2. lit. b.
Iure Civili juramentum calumniæ tacite remitti nequit l.
2. §. 4. C. de iuram. propr. cal. dan. Iure Can. potest c. 1. eod.
in 6. Juramentum voluntarium præstare nequeunt de jure
Civili impuberes l. qui iurasse. 26. pr. de iureiur. l. fin. §. 2. de
iurari-
um. lib. caus. l. 1. in fin. C. de fals. mon. Iure Can. possunt c. pueris
grandi-
culis. 1. de delict. puer. Iure Civili juramentum non
inducit obligationem, nisi in persona liberti, qui in ma-
numissione promittit patrono, se ei præstiturum operas l.
7. pr. de oper. libert. Iure Can. inducit obligationem c. 9.
verb. quia iuramento. de arbit. Iure Civili licitum est jurare
per salutem principis, per salutem suam, per salutem pa-
rentum l. 33. ubi Goth. de iureiur. l. si quis maior. 41. C. de trans-
act. Iure Can. non est licitum c. 8. considera. 22. q. 1. Utroque
autem jure prohibitum est jurare per membra Dei, rubr.
nov. 77. c. 10. si quis. 22. q. 1. quod tamen Galli non obser-
vant, apud quos vulgatissimum est jurare par la teste, ou
par le ventre de Dieu. Iure Civili perjurus non fit infamis,
Deum

Iuramē-
tum vo-
luntari-
um.

Deum tamen habet ultorem *l. 2. de crim. stellion. l. 2. C. de reb. cred.* Jure Can. fit infamis, prohibetur à testimonij ditione & per 40. dies & inde annos sequentes 7. in pane & aqua pœnitere debet, nec unquam esse sine pœnitentia *c. 17. infames. c. 18. quicumq. 6. q. 1.* Denique circa materiam juramenti notanda est regula hæc: quod jure Can. ea juramenti vis sit, ut ejus adjectione confirmetur omnes & quilibet actus alioquin ipso jure nulli *Rittershus. de diff. iur. lib. 3. tit. 3.* Ob quasi mutuuum seu promutuuum dantur conditiones competentes I. quod aliquid datum fuerit siue ob causam, quæ vel non secuta, vel turpis, vel erronea fuit, siue sine causa. 2. quod aliquid nobis ablatum fuerit, 3. quod ob generalem causam nobis aliquid debeatur.

Quasi mutuuum.

X.

Per alios obligamur vel cum effectu, *a* vel sine effectu. Sine effectu si fœminæ pro nobis intercedant, hoc enim ob *SCrum Vellejanum* facere nequeunt. *b* Compensatio *c* in deposito *d* locum non habet.

a & quidem in solidum vel pro parte. Illud vel ratione personarum, quæ non sunt in nostra potestate, ut excretores, qui maritima nostra negotia exercent, ad quos pertinet lex Rhodia de jactu, itemque institores seu ut hodie appellantur factores, qui terrestres negotiationes nostro nomine peragunt: vel ratione personarum, quæ sunt in nostra potestate, ut servi (de quorum contractibus prodita est actio tributoria) & filij, qui quamvis emancipati vel exheredati sint, obligati tamen manent, sed quia ob utilitatem non suam sed patris obligati sunt, ideo post emancipationem aut post mortem patris non conveniuntur in

omnibus

F

foli.



solidum, sed in quantum facere possunt; interdum tamen etiam hoc fallit, nimirum si ab impijs foeneratoribus filij pecuniam mutuam sumpserint, nam tum non tenentur ne quidem in id quod facere possunt ob beneficium Scti Macedoniani. Hoc ratione peculij servorum & filiorum.

b & quidem jure Civili nec juratio quidem *l. 2. §. 4. ad St. Vellej.* Jure Can. jurata ejusmodi intercessio valet, quia juramentum illud absque dispendio salutis aeternae servari potest.

c utroque jure in delictis locum habens, *l. si uxor 13. §. index. s. de adult. c. pen. & ult. eod.*

d *l. pen. C. depos.* In genere depositum est vel rerum mobilium, quod proprie depositum dicitur, vel immobilium, quod appellatur sequestrium *l. 11. de pericul. & comm. rei vend.* quanquam etiam res mobiles sequestrari possint *l. 9. §. 3. de dol. mal. Dn. Praecept. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 26. th. 4. lit. C.* Jure Civili depositum etiam furi reddendum est *l. 1. §. si prado, 39. depos.* Jure Can. non est reddendum *c. 1. eod.* Jure Civili regulariter sequestratio judicialis (non voluntaria *l. 5. §. 1. l. seq. depos.*) prohibita est *l. un. C. de prohib. seq.* Jure Can. regulariter est concessa. *tot. tit. de sequest. poss. clem. un. eod. c. ex literis. 2. de dol. & contum. Oidend. de collat. iur. Civ. & Pontif. in verb. sequestratio. Rosbach. de diff. iur. lib. 2. tit. 15. n. 10.* Jure Civili nullibi reperitur quod homo possit sequestrari. Jure Can. puella potest sequestrari, quae à parentibus minis inducitur ad contrahendum matrimonium *c. cum locum. 14. ubi glos. de sponsal. c. pen. de probat. Gail. 2. obs. 45. n. 5. & 1. obs. 112. n. 5.*

XI.

Consensualium contractuum alij perficiuntur operâ, ut mandatum & societas, *b* alij pretio

pretio, ut emptio venditio, & alij mercede, ut locatio conductio. *d* Contractuum innominatorum recensentur quatuor. *e*

a de relicita & honesta, turpis enim rei mandatum nullum est *l. si remunerandi. §. 3. mand.* quod si autem tale mandatum turpe, mandatarius executus fuerit, tam ipse quam mandans tenebitur *c. non est obligatorium. 58. de R. I. in 6.* Jure Civili mandans vulnerare, prohibens autem occidere, non tenetur ordinaria *l. Corneliae poena,* si mandatarius fines mandati egressus sit, & non solum hominem vulneraverit, sed & occiderit *l. 1. §. 3. l. 7. l. 14. de sicar.* Jure Can. tenetur *c. fin. de homicid. in 6.* Jure Civili mandans crimen perpetrare, re integra & non perfectio crimine, de eo non tenetur *l. 15. de sicar. l. 5. C. de accus.* Jure Can. tenetur, *clem. si quis suadente. 1. ubi gl. in verb. mandaverit. de pæn. c. pro humani. 1. circ. fin. de homic. in 6.*

b Jure Civili rerum inhonestarum & maleficiorum nulla est societas *l. 53. l. 57. pro soc. l. 1. §. 14. de tut. & rat. dist.* & appellatur ejusmodi communicatio turpis atque foeda communio *d. l. 53. pro soc.* Jure Canon. latior est vocis socij acceptio, accipitur enim pro quovis consorte, unde tripliciter dicitur quis esse in malorum societate, si eum ijs aliquid committat, vel ijs faveat, vel eos non corripiat *c. 6. in a plane. 23. q. 4. nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare c. error. 3. dist. 83. c. 8 qui potest. 23. q. 3.* Sic artes magicae & incantationes dicuntur esse ex quadam pestifera societate hominum & daemonum, quasi pactis infidelis & dolosae amicitiae constitutis *c. 6. illud. in fin. 26. q. 3.* De pluribus exceptionibus vide gloss. in *clem. si quis suadente. 1. pr. in verb. defensaverit. de pæn.*

c Jure Civili licium est e mentibus & vendentibus

se invicem circumferbere l. 22. §. 3. *locat.* & quidem usque ad dimidium justii pretij l. 2. *in fin. C. de rescind. vend.* Jure Can. quanquam id quoque concessum sit, c. *cum dilecti.* 3. c. *cum causa.* 6. *de empt. vend.* tamen Ecclesia in actibus suis fraudem adhibere non debet c. *per tuas.* 5. *de donat.* Jure Civili licitum est emere vilius & vendere carius l. 8. C. *de rescind. vendit.* Jure Can. clericis id interdictum c. 3. *canonum.* 14. q. 4. Jure Civili in alienatione rerum Ecclesiasticarum major requiritur solennitas, *auth. hoc ius porrectum.* C. *de SS. Eccles.* quam jure Can. c. 52. *sine exceptione.* 12. q. 2. Utroque autem jure venditor præcite ad rei traditionem non tenetur, sed præstando interesse liberatur l. 17. C. *de fid. instrum.* l. 4. C. *de action. empt.* Dn. Præcept. Bachov. *ad Tr. vol. 1. disp. 28. th. 2. lit. C.* Rittersh. *de diff. iur. lib. 3. c. 11.* ubi dicit controversiam hanc nusquam iure Can. decidi, ideoque standum esse decisioni iuris Civilis. *Diss. Rosbach. de diff. iur. lib. 2. tit. 12. n. 2.*

d quæ est vel rei vel facti: & hæc vel operis vel operarum. In locatione operarum, qui solvit mercedem, dicitur conductor, qui locat operas, dicitur locator, ubi autem concurrunt opus & operæ, uterque potest locator & conductor dici l. 19. §. *pen.* l. 22. §. 2. l. 38. *locat.* Dn. Præcept. Bachov. *ad Tr. vol. 1. disp. 20. th. 1. lit. H.* Jure Civili dominus ædium potest eas locare alteri, etiam priore conductore invito, quamvis ille sit studiosus l. 32. C. *locat.* Jure Can. si prior conductor studiosus sit, non potest eo invito alteri locare, sub poena excommunicationis c. 1. *de locat. cond.* *Diss. Rittershul. de diff. iur. lib. 3. c. 13.*

e do ut des, alio nomine permutatio dicitur, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, quorum ratione dantur actiones præscriptis verbis & in factum. Jure Civili in contractibus innominatis penitentia locus est l. 5. *pr. de cond.*

*cond. caus. dat. Jure Can. non est glos. in c. cum inter 16. in
verb. ex consensu. de elect.*

[XII.]

Accessoria contractuum pertinent ad con-
tractuum vel securitatem, ut pignora, ^a vel
implementum, ut adilitium edictum, evi-
ctio, usura, ^b vel probationem, ^c ut testes ^d &
instrumenta, ^e itemq; ignorantia. *f*

^a Jure Civili res sacrae oppignorari vel in obligati-
onem deduci non possunt *l. 9. §. 1. de pignor. nisi ob redem-
ptionem captivorum nov. 7. c. 8. Bart. de diff. iur. n. 103.* Jure
Can. ob quamlibet justam necessitatem possunt *c. 1. ubi glos.
in verb. necessitate. de pignor.* Jure Civili pactum legis com-
missoriae in pignore non valet, etiam si juratum sit *l. fin. C.
de pact. pignor.* Jure Can. pactum ejusmodi juratum valet
arg. c. pen. de pignor. Jure Civili fructus ex re pignorata per-
cepti imputantur in sortem *l. 1. C. de pignor. act.* Jure Can.
excipiuntur ab hac regula duo casus: 1. si clericus agrum
habeat ab ecclesia *c. 1. de feud. c. conquestus. 8. de usur.* 2. quan-
do vir pignus recipit pro dote sibi promissa *c. salubriter. 16.
de usur.*

^b aliaque accessiones jure Civili concessae, quate-
nus modum à ll. praescriptum non excedunt *nov. 32. 72. & c.*
Jure Can. omninò prohibita sunt, habeturque nullus im-
probior fur vel raptor, quam usurarius, nihilque refert
quoad restitutionis legem, an per furtum vel rapinam vel
usuram res ad aliquem pervenerit *c. 10. si quis usuram. 14. q.
4. hinc usurarij non sunt ordinandi clerici c. seditionarios.
8. dist. 46. & clerici de usura convicti ab ordine sunt depo-
nendi c. episcopus. 1. dist. 47. item usurarij non debent sepe-*

F 3

lini

liri c. quia in omnibus. 3. de usur. & qui eos ad communio-
nem & sepulturam receperit, mortaliter peccat gloss. in c.
quanquam. 2. eod. in 6. ut & is qui dixerit, usuram exercere
non esse peccatum, contra quem velut hæreticum proce-
dere jubentur pravitatis hæreticæ inquisitores clem. un. in
fin. de usur. Iure Civili antichresis licita est l. 33. de pign. act.
l. 11. §. 1. de pign. & hypoth. Iure Can. non est licita, quia ac-
cedit ad usurarum conventionem c. 7. de iureiur. c. 8. de usur.
Iure Civili possessiones, emptæ pecunia ex usuris percepta,
justæ sunt. Iure Can. injustæ sunt, & debent vendi præcia-
que earum ijs à quibus usuræ extortæ sunt, restitui c. cum tu.
5. de usur. Inter accessiones referuntur etiam fructus, de
quibus Iure Civili impensæ deducuntur l. 7. pr. solut. matr.
Iure Can. de decimis non deducuntur impensæ c. cum homi-
nes. 7. de decim.

c. plenam vel semiplenam l. 20. de question. l. 9. C. de
testib. Fama de Iure Civili semiplenè saltem probat, imò
est minor semiplena probatione Wel. in par. de probat. n. 4.
Iure Can. plenè probat c. cum desideres. 15. de sent. excomm.
ubi gloss. c. illud. 5. de cler. excomm. c. super eo. do. consangu. &
affin. Iure Civili auctore non probante reus absolvitur l. 4.
C. de edend. Iure Can. non absolvitur, sed purgare se debet
c. cum dilecti. 15. de purg. can. c. insinuatum. 13. de Simon. Iure
Civili dilatio probationis non sæpius quam semel datur l. 1.
C. de dilat. Iure Can. bis, ter, nonnunquam quater. c. quoad
consultationem. de sens. & ve. indic. c. pen. de testib.

Persona d. Iure Civili mulier potest esse testis in civilibus &
que te- criminalibus excepto testamento l. 20. §. 6. qui test. fac. poss.
stes esse Iure Can. si criminaliter agatur non potest esse testis c. 17.
possint mulierem. 33. q. 5. Iure Civili senes & valetudinarii non com-
vel non. pelluntur perhibere testimonium l. 8. de testib. Iure Can.
compelluntur, ut vitent peccatum c. 1. de crim. fals. Iure
Civili

Civili parentes & liberi; itemque fratres, nec pro, nec contra se testimonium dicere possunt, etiamsi velint *l. 6. c. de testib.* Iure Can. possunt *c. literas. 14. de presump.* Iure Civili testes de crimine damnati non audiuntur *l. 3. §. 5. de testib.* eorum autem testimonium, quibus quidem obiectum est, licet id notum & probatum sit, modo non sint condemnati, recipitur *l. 4. §. 4. de his qui not. infam.* Iure Can. nec horum, nec illorum testimonium dicitur *c. testimonium. 54. de testib.* Iure Civili unius testimonium non auditur *l. 9. §. 1. c. de testib.* Iure Can. auditur quidem, sed ea condicione, ne in alterius tendat præjudicium: sic unius testimonium valet, qui dicit infantem esse baptizatum *c. cum itaq. 112. de consecr. dist. 4.* peccatorem poenitentiam egisse *c. nemo. 14. de simon. c. omnis. 12. de panis. & remiss.* Iure Civili testimonium de credulitate & auditu non attenditur. Iure Can. in causa matrimoniali, si forte agatur de impedimento consanguinitatis, attenditur *c. licet. 47. de test.* Bartol. *de diff. iur. n. 39.* Iure Civili testes tam in causa criminali quam civili, ad perhibendum testimonium, si noluerint cogi possunt *l. 4. de testib.* Iure Can. in criminali saltem causa cogi non possunt *c. dilectorum. 10. de testib. cogen.* Iure Civili examen testium in criminalibus, alijquam judici committitur *l. indices. 18. auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instrum.* Iure Can. potest, sicut in civilibus *c. si qui testium. 8. de testib.* Iure Civili non proceditur ad receptionem testimonium à parte accusatoris contra absentem reum lite non contestata *Id. ad l. absentem. 6. C. de accus.* Iure Canon. recipiuntur testes in criminalibus, in electione & restitutione, absente adversario & lite non contestata *c. 8. de dol. & contum.* Iure Civili non est opus ut ante publicationem dictorum testium de excipiendo reprobando ve fuerit protestatus reus, quod observatur in Camera Gail. *1. obs. 87. n. 4.*
& obs.

Quomodo & qualiter testes audiuntur.

& obs. 105. n. 17. Iure Can. opus est, ita, ut eiusmodi protestatione omitta, non admittatur volens opponere exceptiones. *c. presentium. 31. de testib.* Iure Civili post publicationem testimoniorum semel factam, alij testes super iisdem articulis, tam in prima, quam secunda instantia recipiuntur *l. eos. 6. §. 1. C. de appell. & ita quoque in Camera iudicari refert Myns. cent. 1. obs. 41.* Iure Canon. non recipiuntur. *clem. 2. de testib.*

e publica & privata *l. instrumenta. 5. C. de probat.* Iure Civili notarii publicis, instrumentis proponere debent nomen Imp. *nov. 47.* Iure Can. in tetris Ecclesie nomen Pontificis: quod tamen potius consuetudine notariorum observari, quam certo juris Can. textu expressum esse ait Rittershus. *de diff. iur. lib. 5. c. 21. in fin.* Iure Civili reus actori non tenetur edere instrumenta quæ contra se faciunt *l. 4. C. de eden. nisi actor sit privilegiatus, ut fiscus l. 3. eod. l. 2. §. 2. de iur. fisc.* Iure Canon. usurarij tenentur suos rationum libros *l. rationes. 6. C. de probat.* contra se ipsos edere *clem. un. §. ceterum. de usur.*

f quæ præsumitur ubi scientia non probatur *c. præsumitur. 47. de R. I. in 6.* & sic est vice probationis, relevat enim ab onere probandi *l. verius. 21. de probat.* Iure Civili ignorantia dividitur inleam, quæ est juris & quæ est facti *tot. tit. de ignor. iur. & fact.* Iure Can. *c. 12. turbatur. §. notandum. 1. q. 4.* dividitur in bonam, malam & indifferentem *glos. in c. quamvis. 11. dist. 38. c. 6. in quibus. 22. q. 2.* Iure Civili ignorantia facti non supina excusat, nec nocet, si ex ignorantia fuerit quis rebaptizatus. Iure Can. nocet, quia bis baptizatus, quamvis ignoranter, non potest secundum canones ordinari *c. qui bis. 117. de consecrat. dist. 4.*

XIII.

Quasi contractus sunt i. nuptiæ & veræ & analo.

analogicæ. Illæ constituuntur sponsalibus, *b*
habentque^c dotem *d* & donationem propter
nuptias^e pro accessoriis, finiuntur morte vel
divortiis, *f* ubi quæri solet de repetitione do-
tis & alimentis liberorum. *g* Hæ appellantur
concubinatus. *h* 2. Tutelæ. *i* 3. Testamenta. *k*

a quia sicut tutor vel curator, qui dominus est re-
rum pupillarium *l. 7. §. 3. pro empt.* tenetur pupillo ex qua-
si contractu, actione tutelæ; ita maritus qui est dominus
dotis *l. 30. C. de iur. dot.* olimque etat curator uxoris *Cuiac.*
7. obs. 11. ut & hodie moribus Saxonis. *Wes. in parat. de*
curat. furios. n. 5. contral. 2. C. qui dar. iur. poss. tenetur uxori
ex quasi contractu actione dotis, itemque rerum amo-
tarum *Bocer. class. 2. disp. 18. n. 66.* licet in eo differant, quod
actio tutelæ sit famosa. *§. 6. Inst. de suspect. tutor. l. 9. C. eod.*
actio autem rerum amotarum non sit famosa. *l. 2. rer. amot.*
§. 6.

b quæ sunt mentio & repromissio futurarum nupti-
arum *l. 1. de sponsal.* & sic iure Civili nulla sponsalia de præ-
senti sunt, quia talia eo iure habentur pro ipsis nuptiis *Gozh.*
ad d. l. 1. Jure Can. sponsalia dividuntur in ea, quæ fiunt de
præsenti & quæ de futuro *c. pen. de sponsal.* Jure Civili frater
sponsam fratris ducere potest, quia fratria nondum est
arg. §. 9. Inst. de nupt. Jure Can. non potest. *c. ad audientiam.*
4. de sponsal. Jure Civili sponsa cogitur absentem sponsum
expectare per triennium *l. 2. C. de repud.* Jure Can. non
teneatur, sed statim potest nubere *c. 5. de sponsal.* Jure Civili
pars altera, alterâ in vita à sponsalibus recedere potest *l. 1.*
C. eod. Jure Can. non potest, sed utriusque consensus re-
quiritur *c. 2. eod.*

G

c nu.

*Persona
contra
hentes.*

*Impedi-
mēta ra-
tione le-
gis &*

nuptiæ primæ & secundæ. In utrisque respicimus personas contrahentes & impedimenta, quæ ob stare possunt nuptiis, quò minus legitimæ sint. Personarum contrahentium consensus liber utroque jure requiritur *l. 7. §. 1. l. 11. de sponsal. l. 30. de R. I. c. 2. sufficiat. 27. q. 2. c. iuas. fin. de sponsal. duor.* Consensui autem nihil magis contrarium est, quam error, & jura succurrunt errantibus non stultis *l. 9. §. 5. in med. de iur. & fact. ignor.* unde qui meretricem publicam è lupanari extractam ducit, errorem prætere nequit, propterea eam retinere debet, diciturque non minimum opus inter charitatis opera exercere, quod ipsi proficit in remissionem peccatorum *c. inter opera. 20. de sponsal.* At is qui vitiatam pro virgine ducit, errore comperto eam de jure Civili retinere non tenetur *l. 11. §. 5. de act. empt. Jure Can. tenetur. c. quod autem. in fin. 20. q. 1. r. quemadmodum. 25. de iure iur.* Quod si in potestate parentum sint contrahentes, præter suum consensum adhibere debent consensum parentum, qui tam de jure Civili quam Can. requiritur *l. un. §. 1. in fin. C. de rapt. virg. auth. econtra. l. fin. C. de repud. c. 1. aliter. c. 3. nostrates. 30. q. 5. c. videtur 3. qui matrim. accus. poss. Duar. ad tit. solut. matrim. cap. de nupt. q. 2. Diff. Bartol. de diff. iur. n. 58. Gail. 2. obs. 93. n. 3.* Jure Civili filia regulariter negatur licentia à patre dissentienti *l. 12. §. 1. de sponsal.* Jure Can. non negatur *c. 1. de sponsal. impub.* Confirmatur consensus, ille vel juramento conjugali *c. ex parte. 9. c. seq. de sponsal.* vel arrhis sponsalitiis, quarum stipulatio de jure Civili valet, *l. 5. C. de sponsal.* Jure Can. non valet, quia ejusmodi stipulatio continet pœnam *pr. Inst. de empt. vend. & hujus generis stipulationes in nuptiis sunt prohibitæ c. gemma. 29. de sponsal.* Impedimenta nuptiis contrahendis obstantia varia reperiuntur, quorum hic quædam ob jurium discrepantiam recensebimus. Jure Civili

Civili servitutum ancilla matrimonium contrahere nequit *l. 23. C. ad l. Jul. de adult. l. 3. C. de incest. nupt.* Jure Can. potest *c. 1. de coniug. serv.* Jure Civili spadones nuptias recte contrahunt, quia illis spes superest procreandorum liberorum *l. si servi. 39. §. fin. de iur. dot.* Jure Can. non recte & non magis ac infantes *c. 2. de frigid. & malefic.* Jure Civili præses provincie provincialem ducere nequit, sicut nec tutor pupillam *l. 63. l. 67. de rit. nupt.* Jure Can. utrique possunt *c. cum locum. 14. de spons.* Jure Civili rapta raptori nubere non potest *l. un. §. 1. circ. fin. C. de rapt. virg.* Jure Can. non solum potest, sed etiam debet, & si ipsam raptor ducere noluerit, excommunicatur, vel in monasterium detruditur *c. accedens. fin. de raptor. c. 2. de adult. & supr.*

Maximum autem impedimentum oritur ratione cognationis & proximitatis, quæ secundum computationem graduum discerni solet. Jure Civili graduum potissimus est usus in hæreditatibus, quæ alicui ab intestato deferuntur *l. 10. pr. de grad. unde tit. de grad. in materia successio- nis ab intestato tractatur.* Jure Can. potissimus in nuptiis *c. 2. ad sedem. 35. q. 5.* unde arbor consanguinitatis proponitur in materia nuptiarum *c. 6. primo gradu. 35. q. 5.* Jure Civili nulli sunt gradus affinitatis, quia affines non generantur, sed per matrimonia fiunt *l. 4. §. gradus. 5. de grand.* Jure Can. gradus distinguuntur, ut alij sint cognatorum, alij affinium, de his videbimus paulò inferius. Jure Civili plures sunt cognatorum gradus quam septem *§. 5. Inst. de success. cognat.* quanquam ultra septimum gradum rerum natura cognatorum vitam consistere non patitur *l. 4. pr. de grad.* Jure Can. tantum sunt septem *c. 2. ad sedem. 5. q. 5.* Jure Civili alia est graduum computatio, quam jure Can. ut videre est ex arbore Andreæ proposita in *d. c. 6. primo. 35. q. 5.* cum subnexis ibi regulis & declaratione earundem.

Natura
seu pro-
ximita-
tis que
est in co-
gnatis &

Iure Civili frater & soror sunt in secundo gradu lineæ col-
lateralis; fratrum autem & sororum liberi in quarto gra-
du, qui, sicut & omnes ultra quartum gradum lineæ col-
lateralis conjungi possunt *l. fin. §. nam quoties. q. de grad. §. 4. Inst. de nupt. l. 67. §. 1. de rit. nupt. l. 19. C. eod. l. 2. C. de in-
stit. & substit.* quanquam quod de quarto gradu dictum est
non omni tempore verum fuerit, Dn. parens Henning.
Wegn. in analys. Inst. ad d. §. 4. Inst. de nupt. n. 5. Iure Can.
frater & soror sunt in primo gradu *c. 1. parentela. 35. q. 5.*
fratrum & sororum liberi in secundo, seorsusque dicentes
committunt novum & inauditum errorem *c. 2. parentela. 35. q. 5.* Prohibenturque matrimonia intra septimum gra-
dum computationis Canonice (qui gradus de jure Civili
est *14. c. 19. nulli. 35. q. 2.* quia sex ætates totius mundi exi-
stunt, ac totidem humanæ vitæ *c. 2. ad sedem. 35. q. 5. c. con-
sanguinitas. 35. q. 4.* quanquam hodie intra quartum gra-
dum (qui est octavus juris Civilis) nuptiæ sint concessæ *c. pen. de consang. & affin.* ob rationem ibidem annexam,
quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex 4.
elementis. Affinium genera ut dictum, de jure Civili nul-
la sunt. Iure Can. sunt tria. Primum est inter conjugem &
alterius conjugis cognatos, & in hoc genere matrimonia
prohibita sunt usque ad quartum gradum; est autem com-
putatio illa eadem, quæ est in cognatis; ut, uxoris meæ
frater est illi junctus in primo gradu cognationis, ergo
mihi erit junctus in primo gradu affinitatis *c. 3. porro. 35. q. 5.*
secundum genus affinium est inter conjugem & alterius
conjugis affines. Tertium est inter affines affinium *d. c. 3. porro. 35. q. 5.* & inter hæc posteriora duo genera affinium
matrimonia sunt licita *c. pen. de consang. & affin.* ex quo ta-
men hoc inconveniens sequitur, quod vitricus possit pri-
vigni sui viduam ducere, quod juri Civili est prohibitum

l. 15.

Affini-
bus.

l. 15. de rit. nupt. sed hic respondendum est, quod tam jure Civili, quam Can. nuptiæ in linea ascendenti & descendenti prohibita sint, vitricus autem est loco parentis privilegiatus, & ejusque uxori, §. 6. *Inst. de nupt. Panormit. in d. c. pen. n. 8. de consang. & affin.* Amplius circa affinitatem notandum, quod jure Civili illa saltem oriatur ex iustis nuptiis *l. 4. §. 3. de consang. & affines. de gradib.* jure Can. ex quavis fornicatione *c. 10. de eo qui cog. consan.* Impedimentis ita remota nuptiæ de jure Civili, contrahi possunt sine verbis, si modo consensus intervenerit *l. 4. §. 1. de sponsal.* & in libera mulieris consuetudine præsumuntur nuptiæ, non concubinitus, multò minus adulterium *l. 24. de rit. nupt. nov. 74 c. 5.* Jure Can. requiruntur verba consensus experimentia *c. tua fraternitatis. 25. de sponsal.* & nisi præter consensum intervenerint debita solennitates, non matrimonium, sed adulterium præsumitur *c. 1. aliter. 30. q. 5.* Solennitates autem illæ sunt, quod post sponsalia sponsa non statim tradatur sponso, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspiravit dilatam *c. 39. institutum. 27. q. 2.* & quod foemina dum maritatur, detur velum & annulus, itemque alia habentia significationem suam expressam *in c. 7. famina. 30. q. 5.* item quod sponsus & sponsa benedicendi sint à sacerdote & ad benedictionem sacerdoti à parentibus vel paranymphis offerendi, & quod pro reverentia illius benedictionis eadem nocte in virginitate permanere debeant *c. 4. qualis. c. seq. 30. q. 5.* quod à septuagesima usque ad octavam pasche & tribus hebdomadis ante festum Iohannis Baptistæ & ab adventu domini matrimonia contrahi non debeant *c. 8. non oportet. & seqq. 33. q. 4.* quod maritati certo tempore debeant à concubitu abstinere, ut communicationis, nativitatis Christi, jejuniorum temporibus *c. 2. & seqq. 33. q. 4.* item tempore conceptus & ablaetari-

Nuptiarum solennitates.

onis pueric. ad eius vero. 4. dist. 5. quod maritus uxori de-
bitum reddens abstinere debeat à carnibus agnic. 1. sciasis.
33. q. 4. & post solum debitum non debet ecclesiam in-
trare nisi lotus c. 7. vir cum propria. 33. q. 4. Nuptiæ secundæ
Nuptiæ secundæ. quamvis iure Civili odiosæ sint l. hac edictali. 6. C. de secund.
nupt. nov. 91. tamen pro fornicatione non habentur & nul-
libi reperitur, quod maritus viduæ in clerum recipi non
possit Rittershus. de diff. iur. lib. 2. c. 1 & 2. Iure Can. habentur
pro fornicatione c. 8. de his. c. 9. hac ratione. 31. q. 1. non
debent benedici d. c. 8. de his. 31. q. 1. nec potest maritus vi-
duæ in clerum recipi. c. quomodo. 31. q. 1. rot. tit. de bigam.
non ordin. habetque scortator, qui mortua uxore ex ancil-
la plures suscepit liberos, plus juris hac in re quam uxora-
tus, quia in ordines recipi & diaconus fieri potest c. frater-
nitatis. 7. dist. 34. c. quia circa. 6. de bigam non ordin. hinc ap-
paret iure Can. matrimonium sæpè iudicari rem impuram
& vitiosam c. proposuisti. 2. c. plurimos. 3. dist. 82. si enim bo-
num est mulierem non tangere, malum est ergo tangere
c. hospitium. 171. dist. 32.

d Iure Civili matrimonium potest esse sine dote l.
29. pr. vers. quare. C. de don. ant. nupt. l. II. in fin. pr. C. de re-
pud. Iure Can. non potest esse c. 6. nullum. 30. q. 5. Iure Civi-
li dos sine matrimonio esse nequit l. 3. de iur. dot. Iure Can.
esse potest c. 1. de adult. & stupr. Iure Civili alienatio dotis,
etiam iuramento uxoris confirmata, nulla est. pr. Inst. quib.
alien. lic. Iure Can. valet c. cum contingat. 28. de iur. iur.

e Iure Civili donatio inter virum & uxorem prohi-
bita est l. 1. 2. 3. de don. int. vir. & ux. nec valet, etiam si ju-
ramento fuerit confirmata. Iure Can. ejusmodi jurata do-
natio valet, quia iuramentum hoc absque dispendio salu-
tis æternæ servari potest d. c. 28. de iurei. Gail. 2. obs. 40. Myns.
cent. 2. obs. 33. n. 5. Hartm. ab Epping. tit. 44. obs. 2. n. 3.

f l. 1.

f l. i. de divort. Divortij appellatio latior est jure
Can. quam Civili. Nam jure Civili id tantum dicitur di-
vortium, quod omnino solvit matrimonium. Iure Can.
etiam id divortium dicitur, quod matrimonium non sol-
vit, sed maritos tantum separat seorsim, alium ab alio, id
est, quoad consuetudinem solvit, & societatem vitæ, soci-
etatem cubilis & mensæ, non jus matrimonij *Cuiac. ad c. 1.
de divort.* Fit divortium ob justas causas, inter quas jure
Civili mutuus consensus recensetur l. 8. C. de repud. nov.
117. c. 10. itemque si vir vel mulier monasterium intret nov.
22. c. 5. *auth. quod hodie. C. de repud.* Iure Can. mutuo con-
sensu, vel ingressu monasterij, conjugium non dirimitur
c. 21. *Agathosa. 27. q. 2. c. fin. cum ibi not. de transf.* Iure Civili
matrimonium ob adulterium in totum solvitur, licetque
parti innocenti ad secunda vota transire nov. 117. c. 8 & 9.
Iure Can. non solvitur in totum, sed saltem quoad separa-
tionem tori, neque potest pars innocens secundas contra-
here nuptias, quod si contraxerit, iterum divertere & ad
adulterantem se recipere compellitur c. ex literis. 5. de di-
vort. c. dixit dominus, 32. q. 1. Qui autem stante matrimo-
nio cum aliqua affinium persona incestum commiserit,
non nisi requisitus conjugi innocenti debitum conjugale
exsolvere debet, idque cum timore Deic. *transmissa. pen. c.
fin. de eo qui cog. conf. ux.*

g Iure Civili liberis ex incesto & nefario coitu natis
alimenta à parentibus non debentur, *auth. licet. C. de nat.
lib.* Iure Can. debentur c. cum haberet. 5. in fin. de eo qui duxit
in matrim.

h Iure Civili permissus, *tot. tit. de concub l. 2. C. de
don. int. vir. & ux.* Iure Can. est prohibitus, nam omnis
concupitus dicitur adulterium, qui non est conjugalis, c.
4. *nov. 32. q. 4.* Diff. Rittershul. de diff. iur. lib. 2. c. 19.

§ 2.

i §. 2. *Inst. de oblig. qua quasi ex contr.* Iure Civili minor 25. annis sine autoritate tutoris & curatoris litigare non potest *l. in rebus. 2. C. qui leg. pers. stand.* Iure Can. in causis beneficialibus potest *c. fin. de iudic. in 6.*

k §. 5. *Inst. de oblig. qua quasi ex cont.* Testamentorum consideranda requisita necessaria, ut solennia circa testamenta adhiberi solita & hæredis institutio *l. 10. de iur. codicil. l. 1. pr. de hered. instit. l. 3. de his que in testam. delent. nec non accessoria, ut legata & fideicommissa. Dn. Parens Henn. Wegn. in analys. ad pr. Inst. de legat.* Solennitates testamentorum multis vigiliis excogitatas *l. 35. pr. C. de inoff. testam. videre licet. in §. 3 & 4. Inst. de testam.* Iure Civili requiruntur in testamento 7. testes *d. §. 3.* Iure Can. sufficiunt duo, quia in ore duorum aut trium consistit omne verum *c. 10. & seq. de testam.* Iure Civili mulier in testamento testis esse nequit *l. 20. §. 6. qui testam. fac. poss.* Iure Can. potest esse, quia jus Can. spectat jus gentium, de jure autem gentium nulla est differentia inter marem & foemina *arg. l. maximum virium. 4. C. de lib. præter. quod intellige quoad successiones & dictionem testimonij* Rittershus. *de diff. iur. lib. 4. tit. 1.* Iure Civili monachus vel Canonicus regularis nihil de suis bonis retinere, ideoque nec de ijs testari potest *auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Iure Can. potest loco præbendæ de suis aliquid Ecclesiæ concedere c. fin. no. cler. vel mon. c. tua nos. 34. de simon.* Iure Civili episcopi & administratores Ecclesiæ, non possunt testari de bonis, quæ propria industria quasi verunt, sed coguntur ea relinquere Ecclesiæ *auth. licentiam. C. de episc. & cler.* Iure Can. de bonis propriis & acquisitis liberè testari possunt *c. 21. sint manifesta res. 12. q. 1. excipitur casus in c. 34. episcopus. 12. q. 2.* Iure Civili institutiones alieno arbitrio commissæ, vitiosæ sunt *l. 32. pr. l. 70. de hered. instit.* Iure Canon. valent,

nam

Testa-
menta

nam quemadmodum nutu possunt relinqui legata l. 22. C. de fideicom. ita & de acquitate Can. potest fieri testamentum *sex. inc. cum tibi 13. & ibi glos. de testam.* Jure Civili filius ob causas in *nov. 115. c. 3.* expressas exheredari potest, neque tollitur illa exheredationis causa, si monasterium ingreditur. Jure Can. tollitur *c. fin. non liceat. 19. q. 3.* Jure Civili hæres non cogitur adire hereditatem. Jure Can. potest cogi *c. nos quidem. 3. c. si heredes. 6. & ibi glos. in verb. ab episcopo & c. tua nobis. 17. c. Ioannes. 19. de testam.* Rosbach. de diff. iur. lib. 2. c. 3. n. 4. Jure Civili hæres conficiens inventarium, non tenetur ultra vires hereditatis l. fin. §. 4. C. de iur. delib. Jure Can. tenetur *c. in licet. 5. de raptor.* Jure Civili hæres inventarium non conficiens, tenetur ultra vires hereditatis d. l. fin. C. de iur. delib. Jure Can. non tenetur, sed saltem amittit jus detrahendi quartam *c. Rainaldus. 18. de testam.* Jure Civili filius non implens voluntatem defuncti patris salvam habet legitimam jure naturæ debitam, quæ ipsi ob alias causas, quam quæ expressæ sunt in *nov. 115. c. 3.* adimi nequit; hæc autem non exprimitur extraneus verò indignus est habere aliquid ex ejus hereditate, cujus voluntatem aspernatus est l. fin. & *auth. seq. C. de fideicom.* Jure Can. tam filius quam qui vis extraneus non implens mandatum testatoris, omni successione & hereditatis spe privatur *c. 13. Sylvester. 11. q. 1. c. licet. 6. de vot. & vot. redempte.* Legatum est donatio testamento relicta l. 26 de leg. 2. Solet autem legatum relinqui verbis vel directis vel precariis, illud legatum in specie, hoc fideicommissum dicitur: in illo hæres Falcidiam, in hoc Trebellanicam habet. Jure Civili hæres ad præstanda legata in imperfecto testamento relicta, non tenetur, quia non entis nullæ sunt qualitates, jam autem paria sunt testamentum factum non esse, & non factum esse legitimè. Jure Canon.

H

non.

Legata.

non, tenetur, rationem habet Rittershus, *de diff. iur. lib. 2. t. 10.* Jure Civili res aliena legari potest *l. 10. C. de legat.* Jure Can. non potest. *c. filius. 5. de testam. c. 73. s. episcopus. 12. q. 2.* Jure Civili filius detractione unius quartæ contentus esse debet, scilicet vel legitimæ vel Trebellianicæ *l. 1. C. ad Sc. Trebell. nov. 19.* Jure Can. utraq; detrahere potest, quia quartam Trebellianicam etiam cuius extraneo detrahere licet *c. Raynutius. 10. c. Raynaldus. 19. de test. & cum hæc ratio in parente quoque obrineat, idem jus, quod filius ratione duarum quartarum habet, parenti quoque concedendum erit. Dist. Gail. 2. obs. 121. n. 11. & Dd. comm.* Jure Civili filius vivo patre non potest petere legitimam, etiam si patens ingressus fuerit monasterium, *aut h. si qua mulier. C. de SS. Eccles.* Jure Can. potest à patre ingrediente monasterium legitimam petere, *cum simas. 14. & ibi gloss. in verb. bona paterna. de regular.* quia mundo est mortuus *c. 8. placuit. 16. q. 1.* Jure Civili legatarius pro legato consequendo tria habet remedia, actionem personalem ex testamento, rei vindicationem & hypothecariam actionem *l. 1. C. comm. legat. §. sed olim. 2. Inst. de legat.* Jure Can. præter has tres actiones habet etiam conditionem ex canone & implorationem officij episcopi *c. 5. 6. 17. 19. de testam.*

XIV.

Iudicia prætoria sunt vel universalia^a vel singularia. Hæc pertinent vel ad damnum, ^b vel lucrum, ^c vel libertates^d vel possessiones. Dominium est origo^e possessionum, ^f usucapio earum effectus, ^g tueturque illas prætor tam ordinarie permissionem creditorum in bona debitoris, ^h quam extraordinariè per interdicta ⁱ & exceptiones. ^k

Res

Res enim per universitatem mortis causa acquirimus, non tantum jure Civili, sed & prætorio, honorum possessione. *Da. par. Henn. Wegn. ad pr. Inst. de bon. poss.* Bonorum possessiones aliæ sunt ordinariæ, quæ partim secundum aut contra tabb. partim ab intestato dantur, aliæ extraordinariæ. *Wes. in parat. de bon. poss. n. 9.*

b. Futurum avertendum & factum resarciendum. Ad illud pertinent tituli tres, scilicet de op. nov. nunc de damn. inf. de aq. plu. arc. Ad hoc referendus tit. de publican. *Da. Schwartzkopff ad part. 6. D. lib. 39.* Jure Civili nova instituens vestigalia sine permisso principis, perpetuo multatur exilio. *pen. C. vectig. nov. inst. non poss.* Jure Can. monetur primò, ut desistat & restituat ablata, quod si id non fecerit communionem Ecclesiasticam privatur. *c. innovamus. 10. de censib.*

c. Donationes inter vivos & mortuos, quarum nomine olim nulla competebat actio, ideoque prætor eas confirmavit & de iis dixit: hodie datur conditio ex l. si quis argentum. 35. C. de donat. Jure Civili pater filio donare nequit l. 11. C. eod. l. 25. C. de don. int. vir. & ux. & non valet ejusmodi donatio, quamvis juramento fuerit confirmata l. 5. in fin. C. de l. l. in adibus. 9. §. fin. de donat. unct. §. l. Inst. per quas pers. suig. acq. Jure Can. valet, quia naturalis obligatio inter patrem & filium hoc casu oritur. *l. frater à fratre. 28. de cond. indeb.* quæ sententia in Camera observatur *Gail. 2. obs. 38 n. 7.* Jure Civili donatio excedens 500. aureos non valet absque inscriptione, etiam si juramento fuerit confirmata l. 34. C. de donat. daturque conditio sine causa aut ex injusta causa ad repetendum id, quod legitimum modum excedit l. ut mihi. 21. §. 2. & in fin. eod. l. 61. de iur. dot. nov. 162. c. 1. §. 1. Jure Can. si jurata sit talis donatio, valet, *c. cum pringat. 28. de iur. iur.* Jure Civili donationem

tionem omnium bonorum à patre factam filij usque ad legitimam revocare possunt, *tot. tit. C. de inoff. don. auth. et si parens. C. de inoff. testam. Gail. d. obs. 38. n. 15. Diss. Anton. Fab. 3. coniect. 17.* alienata autem per emtionem vel alio titulo oneroso, ne quidem quoad legitimam revocare possunt *l. 2. si à par. quis man. Iure Can. possunt. c. Raynutius. 16. de testam.* Iure Civili donatio ab orbo facta supervenientibus liberis in totum revocari potest *l. 8. C. de revoc. don.* quæ lex non tantum de patrono, sed & quovis parente intelligenda est *per l. 102. de cond. & dem. l. 30. C. de fideicom. l. 6. vers. cum autem. C. de instit. & substit. Myal. cens. 5. obs. 63. & seq. Bocer. clas. 2. disp. 19. n. 48. Diss. Rutgershus. de diff. iur. lib. 3. c. 21.* Iure Can. si in Ecclesiam collata fuerit, revocari nequit *c. fin. 17. q. 4.* De donatione Constantini Magni facta ecclesiæ & Papæ extat *c. Constantinus. 13. & seq. dist. 96. c. ego Ludovicus. 30. dist. 63.* ubi dicitur quod valuerit, ideoque à successore revocari non potuit. *clem. un. vers. ipsaq. omnia. de iure iur. ubi glos. in verb. Constantinum.* Sed quæstio hæc huius non est loci.

d circa quas jus Canon. multa singularia in libertis Ecclesiæ observat *c. de famulis. 3. de serv. non ordin.* quæ juri Civili incognita sunt.

e *Wiel. imparat. de acquir. rer. dom. v. 1.* Iure Civili ædificium in alieno solo exstructum, cedit solo *l. redemptores. 39. de R. V. l. 7. §. cum in suo. 10. de acquir. rer. dom.* Iure Can. ædificium pecuniâ & sumptibus Ecclesiæ in alieno solo exstructum non cedit solo, sed solum ad se trahit *c. 13. apostolicas. ubi glos. in fin. 12. q. 2. c. 41. questi. 17. q. 4.*

f Iure Civili quilibet pro defensione suæ possessionis potest pugnare *l. 1. C. und. vi.* Iure Canon. clericus pro rerum suarum defensione ne quidem Saracenis resistere potest, *c. clericum qui paganum. 5. dist. 50.* Iure Civili possessori

forti mala fidei non quidem datur actio nisi contra furem
& violentum possessorem *l. 8. §. 1. C. de prescr. 30. vel 40. an-*
nos. datur tamen exceptio d. l. si quis. 8. Iure Canon. nec a-
ctio nec exceptio datur Rittersh. *de diff. iur. lib. 3. c. 15.* Iu-
re Civili qui se liti obtulit cum non possideret, perinde
condemnatur, ac si possideret *l. 26. de R. V.* Iure Can. aliud
observatur *c. ecclesia. 3. ut lit. pend.*

g. Iure Civili in usucapione alicujus rei bona fides
initio saltem requiritur *l. 10. pr. de usuc.* Iure Can. non tan-
tum ab initio, sed etiam usque ad complementum usuca-
pionis, *c. quoniam. 20. de prescr.* Iure Civili bona fides in
longissimi temporis prescriptione non requiritur *l. 3 & 4.*
C. de prescr. 30. vel 40. ann. Iure Can. in omni prescriptio-
ne bona fides requiritur *c. fin. de prescript.* Iure Civili mala
fides hæredis non impedit usucapionem à defuncto bona
fide coeptam *l. 2. §. si defunctus. pro emt.* Iure Can. impedit
d. c. fin. de prescr. Iure Civili Rom. Ecclesia non gaudet
prescriptione 100. annorum, sed 40. tantum, prout reli-
quæ ecclesiæ *nov. 111. nov. 131. c. 6.* Iure Can. gaudet *c. 13. 14.*
17. de prescript. c. fin. 16. q. 4. Iure Civili vivo prælato post
alienationem statim incipit usucapio *d. nov. 131. c. 6.* Iure
Can. si prælatus malè administret res Ecclesiæ non currit
prescriptio ipso vivo, sed demum eo mortuo *c. 10. si sacer-*
dotes. 16. q. 4. Iure Civili decimæ 40 annis prescribi pos-
sunt, quia tali tempore res Ecclesiæ prescribi possunt *nov.*
131. c. 6. Iure Can. non possunt, ne tanto quidem tempore,
cujus initij memoria non exstat *c. causam. 7. de prescript. c.*
prohibemus. 19. de decim.

b. idque tum demum, quando vel æs alienum de-
claratum est sive sententia, quæ transivit in rem judica-
tam, sive confessione; vel quando debitor bonis cedere
paratus est, vel quando moras frustratorias necit, quibus

procurator compulsus creditorēs auctoritate sua in possessionem mittit, ubi solet quæri de privilegijs & præferentijs creditorum, de bonorum separationibus, de curatore bonis dando, de ijs quæ in fraudem creditorum alienata sunt. Utroque jure non potest procedi ad sententiam absque litis contestatione, nisi in causa appellationis *l. fin. §. 4. ubi Goth. C. de temp. appell.* excipitur quoque de jure Can. causa matrimonij & electionis *c. 8. §. porro. ut lit. non contest.* Sic utroque jure requiritur, ut sententiæ tam in criminabilibus, quam in civilibus causis lata in scripturam redigantur *tot. tit. C. de sent. ex brevic. recit. c. quoniam. 11. de probat. gloss. in c. 7. in primis. in fin. c. 8. statutis. 2. q. 1.* excipiuntur causæ aliquot *in auth. nisi. C. de sent. ex brevic. recit. ut & jure Can. causa matrimonij, in qua sententia ferri potest sine scriptis, c. Albericus. 43. de testib. Diss. Rittershus, de diff. iur. lib. 2. c. 22.* Iure Civili sententia lata in dominum, qui in iudicio per procuratorem legitime constitutum litigavit, ipso jure nulla est *l. 1. C. de sent. & interl.* Iure Can. valet *c. licet. 9. de probat. gloss. in c. suscitata. 6. verb. monasterium. de in integr. restit. quod sequitur quoque iudicium Camera, Gail. 1. obs. 111. n. 2. ubi dicit. semper sententiam ferri in dominum sive is præsens sive absens sit.* Iure Civili sententia transit in rem iudicatam intra decennium *l. 1. C. sent. resc. non poss.* Iure Can. lata contra matrimonium non transit *c. lator. 7. de sent. & re iudic.* Iure Civili per restitutionem suspenditur res iudicata *l. un. C. in integ. restit. postul. ne quid nov. fiat.* Iure Can. non suspenditur, sed executioni mandatur, præstita cautione, ut si pars in integrum restituta iustiorē habuerit causam, ei omnia restituantur *c. suscitata. 6. de in integ. restit.* Iure Civili ratio expensarum solet haberi in ipsa demum sententia definitiva *l. 13. §. sive autem. 6. C. de iudic.* Iure Can. etiam ante sententi-

tentiam definitivam : ut, ille qui fundata intentione actoris obicit exceptionem peremptoriam, quam non probat, statim damnari potest in expensas non expectata definitiva *c. finem litibus, s. de dol. & contum.* Bartol. *de diff. iur. n. 77.* Iure Civili causa cessionis simulata non praesumitur, sed est probanda *l. 22. & seq. ubi Dd. mand.* Iure Can. praesumitur, si eam clericus recipit à laico *c. fin. de alien. ind. mut. caus. fact. & ibi gl. in verb. à praesumptione.* Iure Civili exceptio illa in quantum quis facere potest, quæ dicitur competentia, prodest ei qui prior bonis cessit, ut non teneatur, nisi in id, in quantum facere potest, etiam si ad meliorem deinde fortunam redierit *l. is qui 4. de cess. bonor.* Iure Can. simpliciter ad solutionem urgeri potest *c. 3. de solut. ubi gl. in verb. ad pinguiorem* Diff. Rittershus. *de diff. iur. lib. 5. c. 17.* Iure Civili qui semel bonis cessit, ea recuperare potest *l. 5. de cession. bonor.* Iure Can. clericus, qui semel impetrauit beneficij, v. g. episcopatus cessionem tenetur eam adimplere, nec locus est poenitentia *c. quidam. 12. de renunc.* Utroque jure actor missus in bonorum possessionem in actione reali, non statim, sed demum anno elapso possidere incipit *l. 8. §. pen. C. de prescr. 30. & 40. ann. c. contingit. 9. de dol. & contum. c. 1. de eo. qui mitt. in poss. Cujac. in c. fin. ut lit. non cont.* Diff. Bartol. *de diff. iur. n. 142.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 8. num. 4.*

i Iure Civili quilibet vim illativam (cujus ratione interdictum unde vi dejectio datur) propulsare potest *l. 1. C. unde vi.* Iure Can. clericis id est prohibitum *c. 1. 23. q. 8. c. suscepimus. 10. de homicid.* Iure Civili interdictum unde vi datur contra dejectentem, aut deiecere mandantem, vel ratum habentem *l. 7. de vi & vi arm.* Iure Can. contra omnem, ad quem res pervenit *c. cum dilectus. 2. de ordin. cognit. c. 2. redintegrand. 3. q. 1. c. pen. de restit. spoliat.* Iure Civili

Civili potest quis pendente iudicio petitorio ad possessori-
um adipiscendæ, recuperandæ & retinendæ devenire *l. 18.*
§. fin. de vi & vi arm. Iure Can. petitorium natura præce-
dit, non autem concurrit cum possessorio *c. pastoralis. 5. &*
seq. de caus. poss. & propriet.

k Iure Civili ad propositionem negativam non est
respondendum, quia non est probabilis *l. actor. 22. C. de*
probat. Iure Can. est respondendum *c. 1. de confess. in 6.* quod
etiam observatur in Camera Gail. *1. obs. 82. n. 11. Mynl. cent.*
1. obs. 92. Iure Civili non inest rescriptis principium, taci-
tè, exceptio illa, si preces veritate nitantur, sed expressè
inferi debet *l. fin. C. de divers. rescript.* Iure Can. tacitè inest
c. 2. de rescript. Iure Civili exceptiones dilatorix ante litis
contestationem proponendæ sunt, nam post eam non ad-
mittuntur *l. 13. ubi Goth. C. de procur.* Iure Can. speciale est
in exceptione excommunicationis, quæ in quacunque ju-
dicii parte opponi potest *c. exceptionem. 12. de except. c. pia*
l. cod. in 6.

XV.

Superfunt causarum civilium tituli gene-
rales pertinentes ad contractus juris Civilis
& prætorii *b.*

a quorum consideranda constitutio & dissolutio.
Constituuntur & perficiuntur plerique contractus stipula-
tione, *arg. l. 10. C. de contrah. & com. stip.* stipulatio fit vel
nostro nomine, si ipsi stipulemur, ubi plures reos stipulan-
di nobis adungere possumus, aut servi stipulentur: vel a-
lieno nomine, ut cum pro alio fide iubemus *Wel. in parat.*
de fideiuss. n. 1. Dissolvuntur contractus per novationem,
solutionem, acceptilationem, *tot. tit. Inst. quib. mod. toll.*
obl. Iure Civili nemo alteri stipulari potest *l. 38. §. 17. de V. O.*
Iure

Jure Can. potest, *c. 12. iuramenti. 22. q. 5. Goth add. l. 38. Diff.*
Rittershus, *de diff. iur. lib. 3. tit. 6.* Jure Civili difficultas
causæ non liberat promittentem *l. 137. §. 4. de V. O.* Jure
Can. liberat *c. 5. beatum. 22. q. 2.* Jure Civili poena commit-
titur, si fors promissa ad certam & determinatam diem so-
luta non fuerit, etiamsi debitor partem fortis solverit *l. 5.*
§. 4. de V. O. Jure Can. non committitur *c. suam 9. de pen.*
Diff. Rittershus, *de diff. iur. lib. 3. tit. 15.* Jure Civili clerici
pro laicis fidejubere non prohibentur, quia non reperi-
untur prohibiti. Jure Can. prohibentur *c. 1. de fideiuss.* fi-
dejussio autem clerici pro aliis clericis non improbat. *c. pen. eod. c. 2. de solut.* Jure Civili fidejussor habet benefi-
cium excussionis. *auth. presente. C. de fideiuss.* Jure Can.
non habet, quia ex æquitate in hoc jure proceditur *gloss. in*
c. dilecti. 6. in verb. subtiliter. in fin. de iudic. Rosbach, *de*
diff. iur. lib. 2. tit. 11. n. 4.

b Huc referuntur stipulationes prætoriarum, cujus spe-
cies sunt rem pupilli salvam fore, judicatum solvi, ratam
rem haberi. *Wesemb. in parat. rem pupill. salv. for. n. 1.*

XVI.

Sequuntur criminalia judicia tam privata
quam publica *a*. Privatorum alia ordinaria,
ut furtum *b*, vis *c*, injuria *d*: alia extraordina-
ria, *e* quorum ratione dantur actiones popu-
lares *f*.

a Divisio hæc judiciorum criminalium procedit
tantum de jure Civili. *pr. Inst. de publ. iudic. l. 1. eod.* Nam
jure Canon. omnia crimina sunt publica *gloss. in c. infam.*
mes. 6. q. 1. Bartol. de diff. iur. n. 12. Jure Civili non tenetur
is, qui ratum habuit delictum, si modò ejus nomine non
sit gestum, aut ad ipsum aliquid pervenerit, sin autem no-

I

mine

mine ipſius geſtum ſit, tenetur *gl. in l. 1. §. deieciſſe. 12. pe
vi & vi arm. Sicard. in l. 9. C. de negot. geſt.* Iure Can. tene-
tur qui ratum habuit, licet nomine eius non ſit geſtum *gl.
in c. cum quis. 23. verb. tuo nomine. de ſent. excomm. in 6.* Iu-
re Civili hæres ex delicto defuncti non tenetur, niſi ad e-
um aliquid pervenerit, vel liſ cum defuncto fuerit conteſta-
tata *l. un. ubi Dd. C. ex delict. defunct.* delicta enim ſuoſte-
nere debent autores. Iure Can. hæres ex delicto defuncti
omnino tenetur, etſi nec liſ cum defuncto fuerit conteſta-
ta, nec quidquam ad eum pervenerit *c. in literis. 5. de ra-
ptor. c. fin. de ſepult.*

b Species eius intit. 5. ſeqq. de rign. iunſt. ſi quis te-
ſtam. lib. 6. c. recenſentur. Iure Civili non omnis illicita
uſurpatio rei alienæ eſt furtum, nam deſinitur, quod ſit
fraudulofa contrectatio rei alienæ lucri faciendi gratia *§. 1.
ubi Interpp. Inſt. de oblig. qua ex delict. naſc.* Iure Can. omnis
illicita uſurpatio rei alienæ eſt furtum *c. 13. pænale. 14. q. 5.*
Iure Civili fur non eſt, qui nihil abſtulit, quamvis ingreſ-
ſus fuerit domum alterius furti faciendi cauſa *l. 21. pr. de
furt.* Iure Can. eſt fur, qui volens furari propter timorem
humanum non furatur *c. ſi propterea. 29. de pænit. diſt. 1. c.
12. tres perſonas. 23. q. 4.* Iure Civili etiam iſ eſt fur, qui tem-
pore neceſſitatis & famis panem aufert *arg. §. 1. Inſt. de furt.
l. 65. eod.* Iure Can. non eſt, quia tempore neceſſitatis omnia
ſunt communia *c. diſcipulos. 26. de conſecr. diſt. 5. c. ſi quis
propter. 3. de furt.* Iure Civili nemo poteſt cogi furem vela-
lium delinquentem indicare, quamvis eum ſciat. *l. 48. §.
qui furem. 1. eod.* Iure Can. cogi poteſt *c. qui cum fure 4. ubi
gloſſ. in verb. non indicat. de furt.* Iure Civili pro indicina
furis licitè aliquid accipitur *l. 15. de præſcrip. verb. l. 8. de
condict. ob turp. cauſ.* Iure Can. non licitè. *gloſſ. in d. c. 4. verb
non indicat.* Iure Civili fures non ſuſpenduntur *§. 5. Inſt. de
furt.*

furt. aurb. sed novo. C. eod. ob pulcherrimam rationem nov. Leon. 64. & alias collectas à Dno Parente Henn. Wegn. in a. nalyf. Inst. add. §. 5. Inst. de furs. n. 7. Iure Can. suspenduntur c. 30. quasitum. 13. q. 2. c. 10. de iudic. quod & moribus totius ferè Europæ observatur.

c commissa etiam ab ijs, qui aliquid ex incendio, ruina vel naufragio abstulerunt aut rapuerunt. Iure Civili raptor non dicitur is, qui inventas res detinet, neque is, qui famæ alterius detrahit, rapi enim sine vi non potest. *l. 2. 3. §. 5. de incend. ruin. nauf. vis autem est majoris rei imperus l. 5. quod met. caus. qualis hîc non est. Iure Can. uterque dicitur raptor c. 6. si quid, c. 8. multò. 14. q. 5. c. 15. deteriores. 26. q. 2. Iure Civili raptores non afficiuntur ipso iure pœna, sed per sententiam jubentur solvere quadruplum. *pr. Inst. vi bon. rapt. Iure Can. raptores rerum naufragium passorum sunt ipso iure excommunicati c. excommunicatio. ni. 3. ubi glos. in verb. subiacere. de raptor. Iure Civili incendiarij exuruntur vivi l. 9. l. fin. de incend. l. 28. §. incendiarij. 22. de pœn. Iure Can. novies tantum restituere jubentur c. 8. cum devotissimam. 12. q. 2. debentque esse per annum ultra mare c. 32. pessimam. 23. q. 8. & sic cum satisfactione pœnitentium & juramento de non ultra faciendo sunt absolventi d. c. pessimam, qui autem ecclesiam combussit, debet pœnitentiam agere per 15. annos c. 14. si quis ecclesiam. 17. q. 4.**

d Iure Civili ob injurias illatas non agitur ad palinodiam, sed iure Can. & moribus nostris Myns. cent. 2. obs. 98. Iure Civili injuriarum damnatus fit infamis, sive ea magna sive parva fuerit. §. 10. Inst. de iniur. l. 56. pro soc. Iure Can. ob modicam seu parvam injuriam damnatus non fit infamis c. cum te. 23. de sent. & re iudic. Iure Civili pœna auctoris famosi libelli est capitalis l. un. C. de famos. libell. Iure Can. est flagellatio vel anathema c. 1. & fin. 5. q. 1. Iure

Civili actio injuriarum nec ad, nec contra hæredes transit
l. 10. §. qui injuriarum. 2. si quis caut. in ind. fist. Iure Canon.
transit tam ad, quam contra heredes *c. in literis. 5. de raptor.*

e Ut sunt sepulchri violatio, concussio, abactus, prævaricatio, furum receptatio, balnearium furtum, effractura, hæreditatis expilatio, stellionatus, terminorum motio, collegij illiciti coitio. Utrouque jure sepulchrorum violatores sunt infames *l. 1. sepul. viol. c. infames. 6. q. 1. Jure Civili poena termini moti est arbitraria, pro facti & personæ qualitate l. 2. vers. de pena. l. fin. §. fin. de term. mot. Jure Can. distinguitur inter committentem & consilium dantem. Hic per duos menses excommunicatur. c. tanto. dist. 86. c. 10. in legibus. 12. q. 2. ille ad tempus carceri traditur ad poenitentiam ibi perendam. gloss. in d. c. tanta in verb. terminos. c. cum ab homine. 10. de iudic. c. tua. 6. de pen. Rosbach. de diff. iur. lib. 3. tit. 32. n. 30.*

f tuentur enim jus populi *l. 1. de popul. act. danturq; cuius de populo, modo sit existimationis integræ l. 4. eod. neque extenduntur ultra annum l. fin. eod. quod tamen de civilibus & extraordinariis judiciis est intelligendum, non autem de publicis, quæ 20. annis durant l. 12. C. de fals. Wessemb. in parat. de pop. act. in fin.*

XVII.

In judiciis publicis respicimus 1. accusatorem *a*, qui se adversus reum inscribit *b*, illumque custodiri *c* petit, objiciens eidem aliquod ex criminibus publicis, qualia sunt: crimen læsæ Majestatis *d*, adulterium *e*, (quod differt à stupro *f*, raptu *g* & Sodomia *h*) vis *i*, homicidium *k*, veneficium *l*, parricidium *m*, crimen



men falsi *n*, quod pecuniam ob judicandum
acceperit *o*, quod annonam flagellaverit *p*,
quod commiserit peculatum *q*, sacrilegium
r, crimen ambitus *s*, plagium *t*. Accusatorum
autem temeritas coercetur tribus pœnis *u*.
2. Respicimus reum *x*. 3. Iudicem. *y*

a Nam jure Civili nemo sine accusatore conde-
mnari debet *glos. in c. 1. verb. sine accusatore. ut Eccles. benef.*
& regulariter quis in crimine constituitur per accusatio-
nem, neque ordinariè proceditur per inquisitionem. *c.*
qualiter & quando 24. de accus. c. noluit. 13. de iudic. Panorm.
in d. c. 24. n. 20. Jure Civili quando proceditur per inquisi-
tionem, tum par est pœna inquisitionis & accusationis *l.*
7. C. de accus. Jure Can. pœna inquisitionis est mitior *c. in-*
quisitionis. 21. & ibi Panormit. n. 1. de accus. Jure Civili
quemadmodum accusatio, ita & inquisitio post 20. annos
locum non habet *l. querela. 12. & ibi Dd. C. de fals.* Jure Can.
etiam ultra 20. annos locum habet. *Panorm. in c. cum*
haberet. 5. n. 4. de eo qui dux. in matr. glos. in c. admonere.
verb. pœnitentia. 33. q. 2. Jure Civili frater fratrem de ma-
gno & capitali crimine accusare nequit *l. 13. de accus.* Jure
Can. criminis hæreseos, quod est magnum *l. 4. §. 1. C. de*
heret. accusare potest. c. literas. 14. de presump. Jure Civi-
li inimicus ad accusandum admittitur, cum non sit expre-
sse prohibitus *l. 8. cum seqq. de accus.* Jure Can. non admitti-
tur *glos. ad c. 1. verb. legitimus. per c. 10. c. 19. eod.* Jure Civili
post mortem nemo potest accusari ob bona *l. 20. eod. l. fin.*
C. ad l. Int. Maiest. Jure Can. post mortem quis accusari po-
test, ut excommunicetur *c. si quis. 5. de heret.* De triplici
denunciatione, Evangelica, canonica & judiciali vid. *Spe-*
cul. lib. 3. de denunc. n. 8. & seqq.

h Tam jure Civili quam Can. mulier ijs casibus, quibus ad accusandum admittitur, non tenetur se subscribere in poenam rationis *l. de crimine. 11. ubi glos. C. qui accus. non poss. c. 1. de crimine. 15. q. 3.* Hostiens. *ad tit. de accus. ibi quis possit.* Diff. Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 25. n. 11.* Hodie inscriptiones illæ veterum non requiruntur in judiciis criminalibus, sed expositio criminis sufficit. *P. H. D. Caroli V. ars. 11. Wel. in parat. de accus. n. 12.*

c in carcere, qui jure Civili nequit esse poena, quia est custodialis *§. solent. 9. de pæn. l. pen. C. de custod. reor. Iure Can. carcer potest esse poena c. quamvis. 3. de pæn. in 6. c. movimus. 27. §. fin. de V. S.* Quod si autem reus confugerit ad ecclesiam, tum ex illa extrahi non debet, nisi sit raptor, homicida vel adulter *nov. 17. c. 7.* Iure Can. è templis publici saltem latrones extrahi possunt, & notorij depopulatores *c. 6. sicut. 17. q. 4. c. inter alia. 6. de immun.* Raptores autem & adulteri è templis extrahi prohibentur *c. de raptoribus. 36. q. 2.* Iure Civili extrahentes confugientem ad ecclesiam & turbantes sacra ministeria puniuntur poena capituli *l. 2. l. presenti. 6. C. de his qui conf. ad eccl.* Iure Can. excommunicantur. Hostiens. *de immun. Eccl. n. 35. vers. qua sit poena. viol. imm. Eccles.*

d Divinæ vel humanæ. Divina majestas læditur ab apostatis, hereticis & blasphematoribus. Apostatae in jure Civili dicuntur, qui nomine Christianitatis induti sacrificia sacrilega faciunt, vel facienda mandant *l. 4. vers. sed ne. C. de apostat.* Iure Can. non isti solum apostatae dicuntur *c. 24. non potest. 2. q. 7.* verum etiam illi, qui postponunt tonsuram, & secularem vestem assumunt *c. 1. sin. qualibet. 20. q. 2. c. prater ea. c. fin. de apost.* Iure Civili apostatae ultimo afficiuntur supplicio *l. 10. pr. C. de pagan. & sacrif.* neque ullo eis poenitentiae remedio succurritur *l. 8. in fin. C. de*

C. de apost. Iure Can. apostata tam fidei, quam religionis
cogendi sunt ad redeundum, *c. 38. displicet. 23. q. 4. c. quod*
interrogasti. 6. dist. 27. c. pen. de Apost. c. de Iudeis. 5. dist. 44.
c. 33. ad fidem. 23. q. 5. Hæretici sunt, qui cum nomen Chris-
tianum sibi imposuerint, tamen à Christianorum fide &
communione se separant *nov. 109.* committunt in religio-
nem divinam *l. 4. §. 1. C. de heret.* sortiunturque ab illo ho-
mine nomen, cuius scelus in deserendo Deum sunt imita-
ti *l. 6. C. eod.* Nata est autem prima hæresis occasione cor-
poris & sanguinis Christi, quæ orta est in discipulis, *c. pri-*
ma. 44. de consec. dist. 2. illam plures secuta sunt, quarum
diversitas & doctrina proponitur *in cap. 30. quidam autem.*
24. q. 3. Coguntur hæretici indistincte redire ad Ecclesiam,
nam medicus bene ligat phreneticum & excitat lethargi-
cum *c. 24. ipsa pietas. e. 25. quid faciet. 23. q. 4.* Inter hæreti-
cos numerantur anabaptistæ, sacrosanctum baptismum ite-
rantes, quorum poena est capitalis, tam in baptizante,
quam baptizato *l. 2. C. ne sanct. baptism. iter.* Iure Can. ab-
negare Deum dicuntur *in c. rebaptizare. 108. c. qui bis. 117. de*
consec. dist. 4. estque eorum poena, quod per multam pœ-
nitentiam debeant reformari & irregulares effici *d. c. 117.*
& seq. de consec. dist. 4. & hoc quoque extenditur ad eos,
qui baptizatum in nomine Patriæ, Filia & Spiritu sancta
rebaptizarunt, ritè enim baptizatus erat *c. retulerunt. 86.*
de consec. dist. 4. Iure Civili hæretici in sepulchris legitimis
sepeliri debent, quia hoc humanum & pium est. *l. 9. C. de*
heret. Iure Can. non sunt sepeliendi, quia sunt excommu-
nicari ipso iure. *c. 2. quod autem. 4. q. 1.* quales sepeliri non
debent, & si jam sepulti fuerint, exhumandi & eijciendi
sunt, *c. sacris. 12. de sepult.* Blasphematores Dei & sancto-
rum ejus jure Civili ultimo afficiuntur supplicio *nov. 77. c.*
1. §. 2. Iure Can. laici excommunicantur, clerici deponun-
tur

tur c. 10. *si quis per capillum*, 22. q. 1. vel etiam blasphemus præ foribus Ecclesiæ stare & per aliquot dies poenitentiam agere debet, c. 21. *de maledict.* De crimine læsæ Majestatis humanæ nihil reperitur in canonibus, quod contra vel præter jus Civile sit, ideoque legibus in utroque foro hoc casu standum.

e Iure Civili refertur adulterium inter crimina maxima, quia ejus poena est capitalis ex l. Julia, non qualis illa l. ab initio fuit, sed prout postea interpolata est. Dn. Parens Henn. Wegn. *in analys. Inst. ad §. 4. de publ. iud. per l. 30. §. 1. C. de adult.* quæ tamen correctæ est *per auth. seq.* Iure Can. refertur inter minora c. 4. *verb. de adulterio verò & aliis criminibus, quæ sunt minora. de iudic.* neque poena ejus est capitalis, sed saltem separatio tori c. *tua. s. de procurat. c. gaudemus. 10. & ibi Panorm. n. 2. de convers. coniug.* Iure Civili maritus rem habens cum soluta, non adulterium, sed stuprum committit l. 6. §. 1. *de adult.* Iure Can. adulterium c. 4. *nemo*, 32. q. 4. Iure Civili licet marito uxorem & patri filiam in adulterio deprehensam occidere l. 20. *de adult. l. 4. C. cod.* Iure Can. non licet c. 6. *inter hac. c. 8. admonere* 33. q. 2. Iure Civili maritus ab accusatione adulterij spatio quinquennij excluditur l. 11. §. 4. *de adult.* Iure Can. quoad separationem tori non excluditur d. c. 8. *admonere. 33. q. 2.* Iure Civili mulier non potest virum accusare adulterij l. 1. *C. de adult. c. 10. apud. §. hoc in mulieribus. 32. q. 1.* Iure Can. potest c. *Christiana. fin. 32. q. 5.*

f Iure Civili committitur stuprum in vidua, virgine & puero l. 34. §. 1. *de adult.* Iure Can. stuprum est proprie virginum illicita defloratio c. 2. *lex illa. 36. q. 1.* Iure Civili rem habens cum virgine, eam ducere non tenetur l. *un. C. de rapt. virg.* Iure Can. tenetur c. 1. *de adult.* Iure Can. poena stupri mitior est, quam jure Civili c. *per venit. 2. cod.*

cod. Bartol. de differ. iur. n. 12. Jure Civili qui machari fuerint cum virginibus Deo dicatis capite plectuntur *l. 5. C. de episc. & cler. c. 3. si quis non dicam. 36. q. 1.* Jure Can. clerici deponuntur, laici excommunicantur *c. si quis episcopus. 27. q. 1.*

g Jure Civili raptus etiam in sponsam committitur à sponso *l. un. C. de rapt. virg.* Jure Can. in eam tantum, quæ non est desponsata *c. ult. & ibi glos. de adult.* Jure Civili raptus poena est capitalis *d. l. un. C. de rapt. virg.* Jure Canon. raptor tenetur raptam ducere & dotare, quod si autem parens nolit in nuptias consentire, nihilominus eam dotare tenetur *c. 1. de adult. & stupr.*

b Jure Civili crimen Sodomix seu id quod fit contra naturam punitur gladio *l. 31. C. de adult.* Jure Can. clericus Sodomiam committens deponitur, vel etiam detruditur in monasterium ad agenda ibi poenitentiam *c. clerici. 4. de excess. pralaz.* laicus autem excommunicatur *d. c. 4.* Plura de crimine Sodomix, ut quod gravius sit & pejus quam cum propria matre peccare &c. tractantur in *c. 21. adulterij & seqq. 32. q. 7.* Et hæc crimina omnia pudicitiam propriam & alterius lædentia appellari possunt illiciti coitus *c. 2. lex illa. 36. q. 1.* Est verò aliud adhuc peccatum jure Civili incognitum, quod canones vocant pollutionem nocturnam, qua propria hominis pudicitia offenditur de qua *tex. & glos. in dist. 6. per tot.*

i publica & privata *l. 152. de R. I.* Præterea solet vis distingui in expulsivam, turbativam seu inquietativam & compulsivam, de quibus speciebus tractat Bocer. *clas. 4. disp. 5. & 6.*

k Jure Civili homicidium est quævis exanimatio hominis violenter facta *l. 11. §. 3. adl. Aquil. Wes. in parat. adl. Corn. de sicar. n. 5.* Jure Can. homicidium aliud est spiritua.

rituale, aliud corporale. Spirituale multis modis committitur. Hostiens. *in sum. ad tit. de homicid. n. 2. c. homicidiorum. 24. & seqq. dist. 1.* sic pastor qui delinquentes non arguit, ipsos occidit tacendo *c. Ephesius. 4. dist. 43.* qui res Episcopi vel ecclesie rapit homicida est *c. 1. qui Christi. c. 6. qui abstulerit. 12. q. 2.* item is qui fame morientibus non succurrit *c. pasc. 21. dist. 86. c. 66. decima. in fin. 16. q. 1.* qui aliquem ad pejerandum compellit & sui ipsius & alterius homicida est *c. 5. ille. 22. q. 5.* similiter is sui homicida est, qui sibi virilia amputat. *c. si quis abscidit. 4. dist. 55.* Jure Civili poena homicidij est capitalis *l. 3. §. 5. desicar.* Jure Can. pro diversitate homicidij diversitas culpae pensatur *c. 19. cum homo. 23. q. 5.* Homicidij corporalis poena in clerico est depositio, in laico excommunicatio *c. sicut dignum. 6. de homicid.* itemque poenitentia 7. annorum *c. si qua. 43. dist. 50.*

l. Venefici non tantum ij dicuntur, qui venenum hominis necandi causa faciunt *l. 3. pr. ad l. Corn. desicar.* sed etiam magicis artibus accincti, qui alias appellantur malefici & mathematici *l. 4. de malef. & math. iunct. l. 3. pr. ad l. Corn. desicar. l. 38. §. 5. de pen.* itemque magi ob facinorum magnitudinem *c. fin. nec mirum. 26. q. 5.* licet magorum nomen olim sapientes denotarit, ut patet ex *Matth. 2.* ubi magi obrulerunt tria munera domino, id est tres partes philosophiae: moralem, naturalem & rationalem *c. legimus. §. hinc etiam filius. dist. 37. & ibi gloss. in verb. tres partes.* dicuntur praeterea incantatores & divinatores itemque sortilegi *c. igitur. 26. q. 4.* Est autem ars magorum inventa ex traditionibus daemonum (inde dictorum, quod decima pars sint angelorum *glos. in c. 66. decima. verb. ad decimam. 16. q. 1. per c. 55. de consecr. dist. 1.*) & qui eam sectantur aut qui talibus credunt, perpetuae damnationis incerti-

teritum incurrunt *c. 7. qui sine. 26. q. 3.* sic quoque incantatio illicita est observare constellationes in conjugijs sociandis, in domibus ædificandis, in arboribus plantandis, *c. 3. non liceat. 26. q. 5.* Divinatores illi dicuntur qui ex conjectura mentis suæ, incerta futurorum, quasi vera pronunciant, *c. viro. 4. dist. 37.* modi, per quos divinatores futura intelligunt, habentur in *c. 1. igitur. & seqq. 26. q. 4.* Jure Civili sortilegi capite plectuntur *l. nemo. 5. C. de malef. & mathem.* Jure Can. per 5. annos poenitentiam agere debent *c. 2. qui divinationes. 26. q. 5.* Jure Civili qui consulunt maleficos & mathematicos sive Chaldeos capite puniuntur *d. l. 5. C. de malef.* Jure Can. excommunicantur & anathematizantur *c. 1. si quis ariolos. c. 9. si quis clericus. 26. q. 5.*

m Jure Civili parricidæ insuntur culeo cum cane, gallogallinaceo, vipera & simia §. 6. *Inst. de publ. iudic. l. un. C. de his qui par. vel lib. occid.* Jure Can. aut detruduntur in monasterium *c. 1. de his qui fil. occid.* aut aliter poenitere coguntur *c. 15. latorem. 33. q. 2.*

n Jure Civili crimen falsi capite plectitur *l. 5. C. de fals.* Jure Can. anathemate punitur *c. dura. 4. de crim. fals.* potestque episcopus falsarium Papæ incarcerare *c. in memoriam. 3. dist. 19.* Jure Civili qui pondera & mensuras lucri causa corrumpit, in insulam relegatur *l. pen. de fals. l.annonam. 6. §. fin. de extraord. crim.* Jure Can. tenetur poenitere per 30. dies in pane & aqua *c. 2. de empt. vend. c. ad falsariorum. 7. de crim. fals.*

o qui tenetur lege Julia repetundarum *l. 3. l. 7. del. Jul. repet.* qua damnatus sit infamis *l. 6. §. 1. d. sit.* Accipit autem iudex pecuniam vel ut malè, vel ut benè judicet. Priori casu jure Civili tenetur parti læsæ ad litis affirmationem & refusionem expensarum, nec non in triplum ejus quod accepit *auth. novo iure. cum l. seq. C. de poen. iud. qui mal.*

mal. ind. Jure Can. per annum suspenditur, partique læsæ ad litis æstimationem tenetur *c. 1. de sent. & re judic. in 6.* Posteriori casu iudex jure Civili non tenetur ad restitutionem ejus, quod accepit, quia ubi dantis & accipientis turpitudine versatur, ibi turpiter dati nulla est repetitio *l. 3. de condict. ob turp. caus.* Atqui hic versatur tam dantis turpitudine, qui iudicem corumpere voluit *l. 2. §. fin. eod.* quam accipientis, qui manus abstinere, nec alienum iurgium suam prædam putare debuit *l. 3. C. ad l. Iul. repet.* Jure Can. tenetur ad restitutionem *c. 66. qui recte. 17. q. 3. c. 15. non sane. 14. q. 5.* quia venales sententiæ nullæ sunt *c. fin. §. venales. 2. q. 6.*

p coerecturque vel pœna extraordinaria *l. annonam. 6. de extraord. crim.* vel ordinaria ex publico iudicio, & coercentur homines ejusmodi pœna 20. aureorum *l. 2. §. fin. de ann.* Jure Can. laici excommunicantur, clerici deponuntur *c. praterea. 7. de usur. Rosbach, de diff. iur. lib. 3. tit. 32. n. 26.*

q quod publicam rem sive pecuniam intervertit *l. un. C. de crim. pecul. l. sacrilegi. 9. §. Labeo. 2. ad l. Iul. pecul.* peculatus pœna est quadruplum *l. 6. §. fin. eod.* item deportatio & bonorum publicatio, *l. 3. eod.* hodie est suspendium ex Carol. V. constit. *P. H. D. art. 162.* Jure Can. si presbyteri aut aliæ personæ Ecclesiasticæ bona ecclesiastica sibi approprient, vel alienent, excommunicantur, donec restituant, quod si restituere non possint, deponuntur *c. si quis. 6. de reb. eccl. non alien. c. 35. diaconi. 12. q. 2.*

r Jure Can. pluribus accipitur modis sacrilegium quam jure Civili, nam sacrilegi dicuntur Christiani, qui Iudæorum cibis vescuntur *c. 14. omnes. 28. q. 1.* qui personam Ecclesiasticam lædunt *c. 12. sacus. 17. q. 4.* qui emunt & vendunt spiritualia *c. 1. audivimus. 1. q. 3.* aliàs dicti Simoniaci,

niaci, *de quib. lit. seq.* Propriè autem de jure Can. dicitur sacrilegium, quod committitur auferendo sacrum de loco sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro *c. 21. quicumq. 17. q. 4.* Poena sacrilegij pro ratione personarum variat, minima tamen, quæ honestiore loco natus interrogatur, est deportio in insulam *l. 6. pr. ad l. iul. pecul.* Jure Can. poena sacrilegorum est, vel deportationis perpetua exilium *c. 13. attendendum. 17. q. 4.* vel anathematizatio *c. 21. indignè. 12. q. 2.*

f Jure Civili contra legem ambitus sacerdotium petens per SCtum centum aureis cum infamia damnatur *l. un. §. 1. de l. iul. Ambit.* Jure Can. episcopus vel presbyter, qui ambiens celebriorem sedem, suam deserit, utramque perdit *c. 31. si quis episcopus. 7. q. 1. c. 7. apostolica. 8. q. 1.* Huic crimini Simonia affinis est, Goth. *ad d. l. un. de ambit.* Clar. *5. sent. §. Simonia.* Est autem Simonia dare temporalia, causa lucrandi spiritualia *c. tua nos. 34. de Simon.* & pro omni spirituali dare temporale est Simoniacum *c. 101. quicquid. pr. 1. q. 1. c. intantum. 36. de Simon.* tamque dans quam accipiens aliquid pro re spirituali committit Simoniam *c. 6. quos constiterit. 1. q. 1.* De hac materia agitur *in caus. 1. per tot. & tit. de Simon.* ex quibus hæc inter cœtera notabilia: quod dantes vel accipientes aliquid pro sepulturis, exequiis & quocunque Sacramento *c. cum in ecclesia. 9. de Simon.* pro absolutione *c. ad aures. 24. eod.* pro canonicatu, vicaria *c. 8. si quis episcopus. 1. q. 1.* pro jure percipiendi oblationes & decimas *c. 4. quasitum. 1. q. 3.* sint Simoniaci. Et quamvis Simonia sit execrabile vitium, quia nullum magis respicit injuriam Dei *c. 117. quibusdam. 1. q. 1.* tamen heu nimis est usitatum *c. 7. reperiuntur. 1. q. 1.* Poena Simoniacorum est infamia *c. 15. si quis prabendas. 1. q. 3.* excommunicatio *c. 2. quicumq. 1. q. 1.* anathema, *c. 22. placuit. 1. q. 1.*

ignis æternus & gehenna *c. 15. si quis neg. 1. q. 1.* quia inexpiabilis est culpa venditi divini mysterij *c. 16. cito. 1. q. 1.*

¶ cujus poena interdum capitalis est *l. fin. de plag.* quæ etiam jure Can. videtur irrogari posse per *c. 1. de furt.* sed obstat, quod poena mortis de jure Can. potestati seculari sit relicta *c. in archiepiscopatu. 4. de raptor.* Verum hic respondendum, quod ea poena sit juris divini, sicut testatur inscriptio *d. c. 1. desumpti ex Exod. 21.* non autem juris Canonici *glos. ad d. c. 1.* His omnibus criminibus accensent canones usuram *tot. tit. de usur.* de qua dictum sup. *th. 12. lit. b.*

¶ præ ratione temere intentatæ accusationis, qua vel calumniantur & tum eos sequitur similitudo supplicij *l. fin. C. de calumn.* aut prævaricantur, id est vera crimina abscondunt & cum reo colludunt *l. 1. §. 6. ad Sct. Turpill.* & tum tenentur ea legis poena, qua reus propter prævaricationem absolutus est *l. pen. de prævaric.* vel denique tergiversantur, id est à cæpta accusatione desistunt, qui in poenam Scti Turpilliani incidunt, id est 5. libras auri exsolvunt *l. 3. §. 3. de prævaric. l. in Sctum. 15. §. 1. ad Sct. Turpill.* Et his tribus modis de jure Can. quoque falsa accusatio detegitur *c. 8. si quem poenituerit. vers. accusatorum. 2. q. 3.*

x an præsens an absens sit. Absens requirendus est *tot. tit. de requir. vel abs. dam.* neque admittitur accusatio contra absentem, nisi sit contumax *c. 76. eorum. 11. q. 3.* Si præsens sit, tum vel confitetur, vel negat objectum crimen. Priori casu ex sua confessione condemnatur *l. 5. de custod. & exhib. reor.* Posteriori, si testibus convictus sit, quoque condemnabitur, iudex enim secundum allegata & probata procedit *c. 4. iudicet. 3. q. 7.* si nulli adsint testes & tamen reus multis iudiciis oneratus sit, proceditur ad questiones seu tormenta *l. 18. §. 1. l. 20. l. fin. de question. l. 3. l. 8. C.*

l. 3. C. eod. potestque quilibet iudex, etiam ecclesiasticus, suspectos torquere, ut veritatem facti exquirere possit *c. 4. illi qui. s. q. 5.* Iure Civili accusatus de aliquo crimine, potest post condemnationem accusare suum accusatorem, modo ex illa sententia libertatem vel civitatem amiserit, *l. 5. de publ. iud.* Iure Can. non potest, nisi prius præcessit purgatio & nisi accuset de crimine majori *c. 6. qui crimen. 6. q. 1. c. 2. neganda. 3. q. 11.*

y Audita accusatione, reoque convicto iudex sententiam poenæ scelere suo digna afficit, quam nonnunquam remittit. Capitalem poenam passorum bona, ut & illorum, qui facti vel poenæ subsecuturæ conscientia territi, manus violentas sibi ante latam sententiam intulerunt, publicantur. Relegatorum autem bona non publicantur. Poena remittitur vel vivis, quando sententiam passi restituuntur, vel mortuis, quando punitorum cadavera sepeliri jubentur *l. 1. & 2. de cad. punit.* Iure Civili omnes poenæ sunt vel civiles vel criminales. Iure Can. dantur etiam mixtæ, qualis est separatio tori *c. iua. s. de procur.* Notandum hic *Pœna iuris canonici.* Depositio, qua afficiuntur criminosi clerici, debet esse perpetua *c. si lapsis. 1. dist. 50.* estque vel actualis vel verbalis. Actualis solemniter de gradatione instar exaustorationis militaris, cum scilicet clerico, in præsentia magistratus civilis, ob delictum vestes & insignia ordinis sui detrahuntur, per episcopum, retrogrado ordine, irrogaturque tantum ex tribus causis: ob hæresin *c. ad abolendam. 9. de hæres.* ob crimen falsi litterarum Apostolicarum *c. ad falsariorum. 7. de crim. fals.* & ob delictum in episcopum commissum *cap. 18. si quis sacerdotum. 11. q. 1.* Taliter degradatus potestate seculari puniendus traditur *c. novimus. 27. de Verb. Sign. cap. 2. de poen. in 6.* Verbalis fit per solam sententiam episcopi, adistente certonu-

40 numero episcoporum, si clericus, qui deponitur in sa-
 cris sit constitutus; in minoribus enim nulla aliorum epi-
 scoporum presentia opus est, sed sufficit sententia episco-
 pi, habetque locum in adulterio, furto, homicidio &c. c. 10. *de iud.* Canis. *in sum. iur. Can. lib. 3. tit. 22.* Excommu-
 nicatio alia est major, alia minor: Major separat à frater-
 na societate & consuetudine: Minor à sacramentorum
 perceptione tantum, non à consortio fratrum. Ubi-
 cunq; autem excommunicationis mentio fit, non minor, sed
 semper major intelligenda est c. *pen. de sent. excomm.* Ana-
 thematismus abscondit & avellit ab ipso corpore Christi.
 Cuiac. *ad d. c. cum non ab homine, 10. de iudic.* De cæteris pæ-
 nis Ecclesiasticis, ut prohibitione ab ingressu Ecclesiæ,
 suspensione, interdico ecclesiastico, itemque absolutio-
 ne ab istis, latè & pulchrè tractat Gregor. Tholos. *part.*
iur. Can. lib. 4. tit. 15. c. 4. & seqq. tit. 16. c. 8. & seqq. tit. 17.
per tot. Iure Civili nemo ob delictum potest signari in
 fronte, ne facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis cœ-
 lestis figurata est, maculetur, l. 17. *C. de pæn.* Iure Can. po-
 test, ut scilicet ejusmodi nebulones inter alios cognoscan-
 tur c. *ad audientiam, 3. de crim. fals.* Iure Civili bona damna-
 torum traduntur hæredibus. *auth. bona. C. de bon. damn.* Iu-
 re Canon. acquiruntur Ecclesiæ c. 122. *si quis deinceps. 17. q.*
4. Iure Civili bona hæreticorum filiis orthodoxis non au-
 feruntur l. 19. *cum auth. seq. C. de hæret.* Iure Can. auferuntur
c. vergentis. 10. de hæretic. Iure Civili cadavera punito-
 rum non nisi permissu summi principis sepeliuntur l. 1.
cum seqq. de cadav. punit. Iure Can. etiam absque permissu
 principis licite sepeliuntur, & si penitentiam egerint, pro
 iis oblationes offeruntur c. 30. *quesitum, 13. q. 2.* quod si au-
 tem in ipso facinore occisi fuerint, vel impenitentes vi-
 tam finiverint, tum illis sepultura in cœmeteriis negatur
 c. 16,

Differentia iuris
 circa pæ-
 nas.

c. 16. quibus. 13. q. 2. plusque obest ijs sepeliri in sacris locis,
quam prodest. c. 17. cum gravia. 13. q. 2.

XIIX,

Actum hactenus de causis privatis confi-
deratis in prima instantia, paucis jam de ijs
tractemus in instantia secunda^a. Et ita abso-
lutis causis privatis perveniamus tandem ad
publicas, pertinentes, ad jus fisci^b, rem mi-
litarem^c, magistratus^d & res civitatum^e.

^a seu appellatione, quæ est remedium, quo causa
vitiata sublevatur c. 1. liceat. 2. q. 6. Appellatio enim per-
missa est non modo in causa civili, sed etiam criminali l.
6. l. 16. de appell. l. 6. §. 3. l. 12. l. 19. C. eod. quanquam in Ca-
mera Imperiali appellatio in criminalibus non admitta-
tur Gail. 1. obs. 1. n. 28. Mynf. cent. 4. obs. 41. & 42. Et hæc vi-
detur ratio, quare materia appellationum post judicia ci-
vilia & criminalia tractetur. Cæterum in appellationibus
propter differentias juris considerandæ sunt I. causæ, de
quibus appellatur. 2. personæ, à quibus & ad quas appelle-
tur, & denique pœna temere appellantium. Causæ sunt
vel judiciales vel extrajudiciales. Jure Civili de causis ex-
tra judicialibus nulla datur appellatio l. pen. C. quor. appell. *De qui-
bus can-
letur*
non recip. Jure Can. datur c. cum sit Romana 5. de appell. c. 1.
pr. eod. in 6. c. 2. de dol. & contum. in 6. In judicialibus cau-
sis fertur sententia vel interlocutoria vel definitiva. Jure
Civili regulariter ab interlocutoria appellare non licet
l. 7. C. de sent. & interloc. Jure Can. licet, imò à quovis gra-
vamine iam præsentis quam futuro, cujus aliqua est suspi-
cio, appellatio conceditur c. super eo. 12. de appell. c. cum di-
b. c. 6. de dol. & contum. c. 18. non ita. 2. q. 6. Jure Civili

L

quah;

quando ab interlocutoria appellatio admittitur, tum re-
quiritur causa legitima & expressa, potestque unâ allegatâ
causâ allegari quoque alia *l. 3. §. 3. de appell. Marant. de or-
din. iudic. tit. de appell. n. 125. & seq.* Iure Can. requiritur
tantum causa probabilis, etiamsi in iure non sit expressa c.
ut debitus, 59. de appellat. ubi Panorm. n. 2. nec potest appel-
lans aliam causam prosequi, quam quæ in appellatione est
expressa *clm. appellanti. 5. eod.* Iure Civili quoties licita est
appellatio ab interlocutoria, toties viva voce potest ap-
pellari, neque necessariô requiritur scriptura *l. 2. ubi glaf.
de appell. recip. vel non.* Iure Can. scriptura necessariô re-
quiritur, quæ causa appellationis exprimat *c. 1. c. 9. de
appell. in 6.* Iure Civili quando ab interlocutoria appella-
tum est, tum ea revocari nequit *l. 14. d. re iudic.* Iure Can.
interlocutoria etiam post interpositam appellationem
potest revocari *c. 60. de appell.* Iure Civili in causa momen-
tanæ possessionis appellare non licet *l. un. C. si de mom. poss.
fuer. appell.* Iure Can. licet *c. 10. c. 15. de restit. spoliat.* Per-
sona à qua appellatur est iudex, cujus sententia tacitè argu-
itur iniquitatis. Iure Civili iudex à quo appellatur, nihil
potest statuere in præjudicium cognitionis futuræ in judi-
cio appellationis, *tot. tit. nihil innov. app. pend.* Iure Can.
potest terminum præfigere prosequendæ appellationis *c. 5.
c. 26. de appell.* Iure Civili iudex à quo appellatum est, in a-
lijs causis ut suspectus declinari nequit *l. un. apud eum à quo
appell.* Iure Can. quandiu appellatio pendet, potest *c. 6. c.
24. de appell.* excipitur casus *in c. 22. & d. c. 24. eod.* Personæ
ad quas appellamus sunt iudices superiores. Iure Civili ap-
pellatio debet fieri gradatim *l. 21. de appell.* Iure Can. sta-
tim potest appellari ad pontificem *c. 4. si quis & seqq. c. 16.
quoties. 2. q. 6.* Iure Civili indistinctè appellatur à subdele-
gato ad delegantem *l. un. C. qui pro sua iurisd.* Iure Can. si
tota

Persona
à quibus
appelle-
tur.

Persona
ad quas
appella-
tur.

tota iurisdictione fuerit subdelegata, appellandum est ad ordinarium superiorem, si autem pars iurisdictionis fuerit subdelegata, appellatur ad subdelegantem *c. 4. de for. comp. c. 27. §. porro. de off. iudic. deleg.* Jure Civili non potest causa appellationis ita delegari, ut delegans sibi reservet sententiæ dicendæ jus, *auth. ad hac. C. de iudic.* Jure Can. fieri potest, ut ordinarius sibi sententiam reservet *d. c. 27. §. intentionis. de offic. deleg.* Jure Civili à sententia episcopi, potest appellari ad iudicem secularem *nov. 123. c. 21.* Jure Canon. non ad secularem, sed ad metropolitanum vel Papam *c. duo. 9. de offic. ordin.* Jure Civili à sententia episcopi semel tantum appellare licet *auth. si quis. C. de episc. aud.* Jure Can. bis, sed non ter, *clém. 1. de sen. & re iudic.* Poenā temerè appellantis de jure Civili est multa 50. librarum auri *l. 5. prop. fin. C. quor. appell. non recip.* Jure Can. temerè appellans in expensas condemnatur *c. 26. §. si autem in quocunque. de appell.*

h Jure Civili qui rem alienam quameunque à fisco emit, securus est *l. bene à Zenone. 3. C. de quadr. præscr. §. ult. Inst. de usuc.* Jure Can. qui emit rem Ecclesiæ à fisco securus non est, sed eam ecclesiæ restituere tenetur *c. 2. de reb. Eccles. non alien.*

e quo pertinent seqq. tit. *de capt. de re mil. de cast. pte. de veter.* Jure Civili postliminio reversis datur actio rescissoria intra annum §. *rursus. 5. Inst. de action.* Jure Canon. non datur, quia non currit per id tempus præscriptio *c. 13. prima. 16. q. 4.* Jure Civili poena militiam deferentis est capitalis *l. omne. 6. §. qui in acie. 3. de re mil.* Jure Can. est infamia *c. 17. infames. 6. q. 1.* Jure Civili unum est genus militiæ armata, ut constat *ex tot. tit. de re mil. tot. tit. C. qui mil. poss.* Jure Can. militia alia est spiritualis, alia secularis *c. si officia. 2. dist. 59. c. 19. reprehensibile. 23. q. 8.* In militia

seculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas ulciscendi & cupiditas nocendi *c. 4. quid culpatur in bello. 23. q. 1.* summa autem laus est communi utilitati intendere *c. 7. summa. 23. q. 1.* & hac intentione militia debet exerceri, ut mali coerceantur & boni subleventur *c. 6. apud veros & c. seq. 23. q. 1.*

d municipales, inter quos viri præcipui sunt decuriones in album scripti, qui à muneribus non sunt exempti, nisi habeant vacationem à muneribus vel ob jus immunitatis à principe concessum, vel ob legationes. Iure Civili spurij decuriones fieri possunt *l. 3. §. 2. l. 6. pr. de decur.* Iure Can. ad nullas dignitates & sic nec ad decurionatum promoveri possunt. Bartol. *de diff. iur. n. 65.* Iure Civili munus accipitur tribus modis, pro dono, pro officio, pro onere *l. munus. 18. de V. S.* Hoc loco accipitur pro onere *l. munus. 214. eod.* quando pro dono accipitur, tum aliud confertur inter vivos, aliud mortis causa, de quo supra dictum, *1b. 14. lit. C.* Iure Canon. quando munus accipitur pro dono, tum aliud est de obsequiis, quod est servitus indebitè impensa, aliud est à manu, quod est pecunia, aliud est à lingua, quod est favor *c. 114. sunt nonnulli. 1. q. 1.* tria autem illa, quæ in acceptione muneris sunt attendenda, proponuntur *inc. etsi quaestiones. 18. de simon.* Iure Civili legati sunt honorandi, quia sancti & inviolabiles sunt, & qui legatum hostium offendit, ille traditur hostibus *l. fin. de legation.* Iure Can. quoque legati sunt honorandi loco illius, cujus legatione funguntur *c. fin. dist. 93.* unde episcopi & sacerdotes sunt honorandi loco Christi, quia legatione Christi funguntur *c. 36. omnis. 7. q. 1.* qui autem eos violaverit, excommunicatur *c. si quis. 2. dist. 94.* Legatorum pontificis tres sunt species *c. 1. de offic. legat. in 6.* alij dicuntur legati de latere, alij legati missi, alij legati nati
Legarij

Legati de latere sunt Cardinales, habentes præter cæteros legatos hanc prærogativam, quod aliorum legatorum Pontificis officium, in ea provincia ad quam missi sunt, tamdiu suspendatur, donec Cardinalis legatus provincia egrediatur. *c. volentes. 8. de offic. legat.* quia minor officium suum præsentem majorem exercere non potest *c. deniq. 6. dist. 21. facit. rex in c. antiqua 23. vers. dominica. de privil. & ex. c. ff.* quod possint absolvere excommunicatos propter violentiam manuum in clericos iniectionem *c. 9. de offic. legat.* quod possint ecclesiastica beneficia vacantia conferre *c. 6. dilectus. eod.* & in summa legati de latere omnia possunt, præter excepta & reservata soli summo pontifici, quæ non comprehenduntur generali mandato *c. quod translationem 4. de offic. leg. c. nuper. 29. de sent. excom. glos. in c. 9. qua de causa. 2. q. 3.* Legati missi, extra ordinem Cardinalium constituuntur, mittunturque à summo Pontifice in provincias cum mandatis & potestate *d. c. 1. de offic. leg. in 6. c. si abbatem. 30. de elect. in 6. & ejusmodi legati etiam subdiaconi esse possunt c. 1. dist. 94.* Legati nati sunt, qui quasi unâ cum dignitate nati, legationis munus singulari Pontificis privilegio suæ dignitati annexum habent, ut est in Germania archiepiscopus Salisburgensis, in Anglia archiepiscopus Cantuariensis *c. 1. de offic. leg. Canis. sum. iur. Canon. lib. 1. tit. 17. Gregor. Tholos. part. iur. Can. lib. 5. tit. 3. c. 1. & seqq.*

e administrandas à decurionum ordine, qui pro usu reip. decreta facere solet, curamque operum publicorum, nundinarum, pollicitationum seu votorum reip. factorum, de quibus omnibus prætor extra ordinem judicet, ut & de proxenetis: censibus autem exigendis non prætor, sed censor magistratus præstet *l. 4. §. 1. de cens. lib.*

fib. Atque ita singulatim pertractatis omnibus iudiciis
tam ordinariis quam extraordinariis, ultimò proponun-
tur communia utrorumque iudiciorum privatorum scili-
cet & publicorum, quæ traduntur *in rit. de Verb. Sign. &*
R. I. Iure Civili in pollicitationibus & promissionibus non
plus subintelligitur quam exprimitur, non expressa enim
non intelliguntur, arg. l. 52. de condit. & demon. l. 5. de pol-
lic. Iure Can. plus intelligitur quam exprimitur c. 5. beatus
Paulus. 22. q. 2. c. 104. antecessor. 11. q. 8. Iure Civili qui ali-
quid promisit sine causa, etiamsi licitum sit, non obliga-
tur l. 1. §. 1. de pollicit. Iure Can. votum Deo factum lici-
tum, etiam sine causa, semper est implendum, & ideo ob-
ligat c. 4. quod Deo. 33. q. 5. Proxenetæ jure Civili illi dicun-
tur, qui contrahentibus in conciliandis conventionibus
linguas interpretantur l. 3. de proxen. Iure Can. ejusmodi
interpretes appellantur interemptores & mediatores. c.
pen. dist. 91. c. mediatores. 1. de testib. in 6. Panormit. in c. ex
literis. 6. n. 3. de transact. ubi agit de proxeneta, an possit
esse testis. Materiam censuum & tributorum, ut & ver-
borum significationes & regulas juris, Doctores latè tra-
ctarunt, quorum commentarios compilare no-
stri non est instituti.

DEO SOLI GLORIA.



AD





AD DN. RESPONDENTEM.

WEGNERE, nobilissimi,
Mihique conjunctissimi,
Fili Parentis optime:
Toto Tibi congratulor
Ex corde, quòd vestigiis
Patris tui fideliter
Insistis, atque nobilem
Reapse te doctis probas.
Probat hocce disputatio
Feudalis ista nobilis,
Duplexque, in almâ Juliâ,
A te exarata, & publicè,
Alacritate debitâ,
Ante annum spacium probè
Defensa, calculo omnium.
Idemque disputatio
Iterata nunc, quàm publicè
Manutenendam suscipis
Styloque docto concipis,

De

De juris haud vulgaribus
Utriusque differentiis,
Satis atque abunde comprobatur.
Sic perge nobilissimis,
Scriptisque multis publicis
Factisque Te dignissimis
Porro probare nobilem.

De properab.


Johannes Camman I. U. D. & Rei-
publ: patriæ Brunsvicensis
Syndicus.

PERvigili studio sinuosa volumina juris
Evolvisse, labor creditur eximius.
Ast major longè est, tam vasta volumina men-
tis
Intimiorè sinu continuisse, labor.
Jura tamen paucis complecti hæc omnia ver-
bis,
Maximus hic merito creditur esse labor.
Te, quoniam præstas, WEGNERE, hæc omnia,
tantis
Pro meritis meritò, præmia magna manēt.

IOACHIMUS WEGNER D. Prof. Publ.

F I N I S.







AB:152995

ULB Halle

003 358 925


3




R

VD 17







Q. D. B. V.

DE

DIFFERENTIIS
IVRIS CIVILIS ET
CANONICI

DISSERTATIO

Habita olim in ACADEMIA JULIA,

Nunc in usum Studiosæ LL. Juventutis

denuo edita

CURA

HENRICI HAHNII IC^{TI}

ET PRIMARI IN ILLUSTRIS JU-
LIA ANTECESSORIS.



HELMESTADII,

Typis & Sumptibus JOHANNIS HEITMÜLLERI

Anno clc lsc LXI,

34

33 F

